CATVLLI VERONENSIS

CARMINA

ITERVM EDIDIT

HENRICVS BARDON



STVTGARDIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMLXXIII

à

Madame Jacqueline Claass

ISBN 3-519-01133-6

Printed in Germany
Satz und Druck: L. C. Wittich, Darmstadt
Buchbinderei: Fritz Wochner KG, Horb/Neckar

PRAEFATIO

Longe abest ut omnia carmina, quae scripsit Catullus, nunc legamus. Libellus enim qui exstat Cornelio Nepoti missus est: liquet autem a Cornelio, qui magna fama fruebatur, ideo poetam nostrum tanti aestimatum esse quia hic carmina aliquot iam ediderat; quae fortasse Cornelius suis lectoribus indicaverat, quamquam verbum illud *putare*, quo Catullus utitur (c. 1,3), hanc explanationem non postulat. Iamdudum viri docti censent primo libelli carmine non omnia quae supersunt Cornelio dedicari. Etenim carmen 14b aut, ut verius dicamus, quae pars huius carminis nunc exstat, nuncupatio esse videtur iam mutila; et carmen 65, quo poeta versus de corona Berenices ad Ortalum misit, cum carmine 66 coniunctum fuisse et una editum esse iure suspicamur. Nonnulli sunt qui putant, nec absurde, carmen 64 (de nuptiis Thetidis) foras exisse solum[1]. Praeterea quae carmina ad nos pervenerunt ita distribuuntur ut merito dubitemus itane Catullus ipse ea disposuerit[2]. Vt existimat Fr. della Corte, si Catullus libellum composuisset more Callimachi, carmina maiora lege-

[1] Quidam existimaverunt Catullum versibus 68, 1–10 alium libellum dedicavisse, qui ex carminibus 68, 11–40 et [68b], 41–160, non aliis, constaret.

[2] U. von Wilamowitz-Moellendorf (Sappho und Simonides, Berlin 1913, p. 292) opinatus est Catullum maxima cura libellum suum disposuisse: cui opinioni recenter assensus est T. P. Wiseman, Catullan Questions, Leicester 1969, p. 1–2, nec iure.

rentur ante cetera, post autem nugae, novissime epigrammata[1]: nihil fuisse cur Catullus hunc ordinem non sequeretur. At libelli nunc tam miro modo compositi non Catullus auctor est, sed editor nescio quis, qui carmina quaedam delevit, reliqua ipse disposuit. Nec versus priapeios oblivisci debemus qui sunt apud Marium Victorinum, quos viri docti nostrae aetatis cum fragmentis coniungere solent: nos in libellum ipsum inseruimus (= c. 117), non sane ut vana novitate gloriaremur: sed fragmentis iure non inseras id carmen quod ad nos pervenerit integrum. Qui versus priapeii editi sunt, mea quidem sententia, in libro eius generis quae saeculo post Chr. n. septimo decimo „Collectanea" nominavissent[2]. Itaque affirmare possumus libellum quem legimus eam dispositionem servare quam nullo pacto Catullus ipse elegerit: editorem (dubito an Cornelius Nepos fuerit)[3] non potuisse, vel noluisse omnia colligere quae Catullus scripserat; versus priapeios (c. 117) testimonio esse libelli editorem carmina quaedam sustulisse. Num multo plura scripserit poeta quam quae supersunt cum certum nesciam nec adfirmare ausim nec negare quidem. Apparet certe editionem a qua fluunt codices quos tenemus non omnia Catulli carmina continuisse. Etenim verisimile est familiares poetae, – Lesbiam, Iuventium, Veranium, alios – versus nonnullos retinuisse quos in medium proferendos non curaverint, nec eos usquam nisi in amicorum et doctorum circulis manavisse.

Textus Catulli quo utimur nobis praecipue traditus est tribus codicibus, qui ab archetypo uno oriuntur, quem mos

[1] F. della Corte, Due studi catulliani, Genova 1951, p. 18–19.

[2] Quod libri eiusmodi exstiterunt demonstrant epigrammata Lutatii Catuli et Valerii Aeditui et Porcii Licini, quae verisimile est coniuncta edita esse; cf. H. Bardon, Littérature Latine inconnue, vol 1, Paris 1952, p. 119.

[3] Fr. della Corte, loc. cit., p. 19.

est V(eronensem) appellare. Quos tres codices, etsi minus boni sunt, aliis fere centum decem numero praeferendos esse quibus scripta nostri poetae tradita sunt[1] viri docti nostrae aetatis docuerunt. Hi codices sunt:

O Codex Oxoniensis O (Bodleianus Canonicianus Lat. 30), saeculo quarto decimo (anno fere 1375) scriptus. Ex Italia septentrionali ortus, a scriba docto scriptus est, sed cauto nec multas proponente coniecturas. Ornatus est minuta pictura circiter annos 1420–1430, et spatia titulis servantur quae numquam picta sunt. R. Ellis eum reperit anno 1867, et eo usus est E. Baehrens in editionibus Catulli quas plures edidit (1876; 1878;–1893 K. P. Schulze iterum curante). Anno 1966 R. A. B. Mynors summo studio Lugduni Batavorum, apud aedes A. W. Sijthoff, eum edidit photographice depictum praefatione addita brevi. Quamvis Oxoniensis aliorum codicum similis sit multis modis maxime lacunis aut ordinis versuum mutationibus (cf. versum 67, 21 post 64, 386 insertum), adeo tamen discrepat ut putemus scribam qui eum transcripserit non Veronensem ipsum spectavisse[2], sed alium codicem interpositum qui nunc periit. Sic scriba diligens et attentus Oxoniensem fecit longe omnibus praestantem quibus Catulli textus nobis traditus est; erres tamen si inconsulte ei confidas.

G Codex Sangermanensis Parisinus 14 137 (G): cui bono codici scriba adscripsit diem tertium decimum mensis octobris anno 1375: sic significat, ut videtur, qua die laborare desierit[3]. At sunt qui putent eum tantum

[1] Cf. W. G. Hale in CPh 3, 1908, p. 233–256.

[2] Quod contendebat A. Morgenthaler, De Catulli codicibus, Diss. Strasbourg 1909, p. 31 sqq.: cuius liber, quamvis vetustus, etiamnunc est perutilis.

[3] B. L. Ullman, The Transmission of the Text of Catullus, in: Studi in onore di L. Castiglioni, vol. 2, Firenze 1960, p. 1047–1048.

notavisse qua die transcriptus esset codex quo ipse uteretur. Haud verisimile est scribam codicis G non cavisse ut errorem tolleret. Dubitatur an Sangermanensis Veronae scriptus sit: Cansignori enim mentionem facit. Vt G. Billanovich opinatur, transcriptus est ab Antonio Gaio da Legnano[1]. Vtique scriba adfirmat se transcriptionem a corruptissimo exemplari fecisse. Vide enim adnotationem qua opus suum absolvit:

Tu lector quicumque ad cuius manus hic libellus obuenerit scriptori da ueniam si tibi coruptus uidebitur, quoniam a corruptissimo exemplari transcripsit; non enim quodpiam aliud extabat, unde posset libelli huius habere copiam exemplandi. Et ut ex ipso salebroso aliquid tantum sugger⟨er⟩et, decreuit pocius tamen coruptum habere quam omnino carere, sperans adhuc ab alliquo alio fortuite emergente hunc posse corigere. Valebis si ei imprecatus non fueris. 1375 mensis octobris 19° quando Cansignorius laborabat in extremis etc. Lesbia damnose bibens interpretatur.

Re vera codex Sangermanensis adnotationibus refertus est vel in marginibus vel inter lineas; sed paucae a scriba ipso profectae sunt, plures autem a diversis originibus, aliquot a codice quodam qui codici m propior est. Quamquam hae adnotationes variis manibus scriptae sunt, sunt fere omnes eiusdem aetatis. Codex magna cura passim rasus est. Paucas numeres adnotationes recentioris aetatis (G^4). Correctores plerique operam praecipuam carminibus maioribus dederunt: qui labor est parvi pretii, si opinioni R. B. A. Mynors credas[2], sed magno sunt adiumento ad perspiciendum quae fuerit his temporibus traditio Catul-

[1] G. Billanovich, IMU, vol. 2, 1956, p. 166. Litterarum ductus idem est atque in extrema parte Laurentiani 36, 19, qui Livium tradit; de A. Gaio da Legnano vide G. Billanovich, ibid., p. 160–161.

[2] Catulli carmina, Oxford, p. VI (1958; 1960^2).

liana. Codicem G anno 1830[1] patefecit C. I. Sillig, cuius collatio[2] non ante annum 1859 edita est[3].

R

Codici Vaticano Ottoboniano 1829 (R) W. G. Hale nimium pretium tribuerat[4]; postea nimia severitate aestimatus est. Oritur a codice V sed via obliqua[5], transcriptus, quantum coniectura suspicari possimus[6], auctoritate Coluccio Salutati cancellarii Florentini, qui anno 1406 decessit. Scriptura codicis litteris rotundis constat, paululum depravatis. Vt arbitratur G. Cambier, exaratus est exeunte saeculo quarto decimo[7], vel quinto decimo incipiente. Ortus a circulis hominum in antiquis litteris maxime versatis[8], correctus est diversis manibus, quarum

[1] C. I. Sillig, Jahrb. f. Philol. u. Paed. Jg. 5, Bd. 2, H. 3 (= 13, 3), 1830, pp. 262 et 269.

[2] A. Rossbach, Codicum Cat. quos Sigillius descripsit collationes, Breslau 1859.

[3] Codex G photographice expressus est anno 1890, curantibus L. Cledat et E. Chatelain.

[4] W. G. Hale, CR 10, 1896, p. 314; Journ. Arch. 2,1, 1897, p. 36; H 31, 1896, p. 133; CR 20, 1906, p. 160; TAPhA 53, 1922, p. 103.

[5] B. L. Ullman, loc. cit., p. 1046.

[6] B. L. Ullman, loc. cit., p. 1048–1049; R. Sabbadini, Le scoperte dei codici latini e greci ne' secoli XIV e XV, nuove ricerche, Firenze 1914; 1967², p. 207 et 207 n. 3. De Coluccio Salutati vide B. L. Ullman, The origin and the development of humanistic script, Roma 1960, p. 17 sqq.; eiusdem, The humanism of Coluccio Salutati, Padova 1963. De Donato Acciajuoli vide E. Garin, Moyen Age et Renaissance, Paris 1969, p. 167 sqq.

[7] De modis scripturae Goticae in Italia per saeculum XIV. vide B. L. Ullman, The origin and the development . . ., p. 12.

[8] De studio quo homines eruditi illorum temporum efferebantur erga Catullum (quod probant carmina his saeculis Latine scripta), animadvertamus hoc epigramma quod Sannazar scripsit ad Pontano:

De emendatione Catulli ad Iouianum.

Doctus ab Elysia redeat si ualle Catullus
ingratosque trahat Lesbia sola choros

una fuit Coluccio Salutati ipsius, altera, si D. F. S. Thomson non errat[1], Petri Francisci Miniatensis, ab epistulis viri illustrissimi Donato Acciajuoli. Ab Ottoboniano fluunt plures codices pretii minoris[2] Laurentini 36.33 (ex. saec. XV, in. XVI) et 33,12 (1457; transcriptus ad usum Giovanni de' Medici, et originem ducens ab archetypo codicis R, si vera opinamur) et Vaticanus Ottobonianus lat. 1550.

m –Codicem Marcianum XII 80 (4167) (m) non credimus ab Ottoboniano (R) via recta ortum esse. E lectionibus compluribus (velut 37,17 uno m: une G R O; 43,8 et G R O: atque m; 63, 91 dindimei G R O: dindimenei m) conicimus eos non simpliciter connecti sed codice seiungi nunc deperdito. Codice Marciano, vel persimili exemplari, usi sunt correctores Sangermanensis (G): aliquando enim congruunt lectionibus manus prioris. Codici m annum certum adscribere nequimus. Scriptus est certe in chartis quarum figura peculiaris in Indicibus a C. M. Briquet confectis non invenitur; collega meus A. Boutemy eam confert cum figura 11664 quam Briquet anno 1476 adsignat: unde coniecimus eum inter annos 1476 et 1486

non tam mendosi moerebit damna libelli
gestiet officio quam Iouane tuo.
Ille tibi amplexus, atque oscula grata referret;
mallet et hos numeros quam meminisse suos.

(Venezia, 1555, p. 34 v.) Hoc epigramma non videtur pertinere ad emendationes a Pontano propositas, de quibus pauca testimonia remanent. Hendecasyllabos suos (vel Baias) Pontano orditur implorans Catulli Musam, nec cum carmina Latina pangit unquam obliviscitur Catulli: iure illum Sannazar appellat „Catullum emendatum".

[1] D. F. S. Thomson, The codex Romanus of Catullus: a collation of the text, RhM N. F. 113, 1970, p. 99.

[2] R. C. B. Mynors, loc. cit., p. VII.

transcriptum esse[1]; at M. Zicàri[2] et alii existimant figuram 11684 similiorem esse: quod quidem non luculenter apparet, sed, si verum est, Marcianus codex scriptus sit inter annos 1394 et 1414. Controversia diiudicari non potest, quod permolestum est. Sed nemo dubitat quin Marcianus ab Ottoboniano fluat.

R. A. B. Mynors demonstravit Ottobonianum et Sangermanensem coniunctissime cohaerere, et a codice oriri quem designat littera X, quam servavimus: ex quo efficitur ut codex quem usurpavit corrector Sangermanensis non tantum propinquus sit codici m, sed via recta aut obliqua ab Ottoboniano manet. X

Si quis codices R et G attente inspexerit, intelleget quasdam lectiones, quae servandae sunt, a correctoribus (G^{2-3}, R^{2-3}) re vera proponi. W. G. Hale[3] et B. L. Ullman[4] existimant Ottobonianum a Coluccio Salutati correctum esse; quae lectiones dicuntur manus alterius. Itaque, praeter codicem X constat alium fuisse vel alios adfinitate coniunctos qui in hac familia X constituenda partes suas egerunt et proprietates alii alias habuerunt. Etenim codex R pluribus manibus correctus est, ut iam diximus, quas multo labore discernas, nec adfirmes cuius quaeque sit: has lectiones congessimus omnes sub litteris R^2 et R^3, nec ullo pacto cum codicibus cohaerent a quibus R ortus est; sic, in 64, 28 R scribit *nectine;* adiecit manus vetustior (Coluccio Salutati?) *al. neptine;* alia, ipsa quoque vetus: *al. neutunne;* recentior: *al. neptimine:* patet has tres emendationes non fluere omnes a codice X. In 66, 5 R fert:

[1] C. M. Briquet, Les filigranes, Amsterdam 1968, vol. 2, p. 590; vol. 4, fig. 11664.

[2] M. Zicàri, RFIC 98, 1970, p. 452–453.

[3] W. G. Hale, CPh 3, 1908, p. 244.

[4] B. L. Ullman, TAPhA 58, 1927, p. 111; The humanism of C. S., p. 192–193; cf. p. 222. Vide supra p. VII.

sublimia; corrector prior emendat: *vel sublimina,* quod denuo idem emendat: *sublamina;* alter, ipse quoque vetus: *al. sublamia.* Operam perdas negando e diversis fontibus has lectiones gigni. Manus recens (saec. XVI inc.) addidit emendationes quae ex editione Aldina priore ductae sunt[1].

V Qualis fuerit codex Veronensis (V) scire nequimus nisi per coniecturas. In omnibus codicibus quibus versus Catulli servati sunt, ordo poematorum idem est, eaedem lacunae: itaque omnes, nisi acute inspicias, ab illo Veronensi manare videntur. Cuius codicis figura restituta est magno acumine a G. B. Pighi, in primo volumine eius editionis[2]. Diu existimaverunt viri docti Veronensem Verona ortum esse, cum putet B. L. Ullman eum, vel eius archetypum, ab episcopo Ratherio decimo saeculo e Gallia relatum esse. Codex Veronensis, vel eius archetypum[3], maxima alacritate exceptus est, quam testantur versus quos panxit Benvenuto Campesani, Vicentinus († circiter annum 1339); eos Sangermanensis postponit Catulli poematis, Vaticanus 1829 anteponit. Hi sunt versus: „Versus Domini Benevenuti de Campexanis de Vicencia de resurectione Catulli poete Veronensis[4]:

Ad patriam uenio longis a finibus exul,
　　causa mei reditus compatriota fuit.
Scilicet a calamis tribuit cui Francia nomen,
　　quique notat turbae praetereuntis iter.
Quo licet ingenio uestrum celebrate Catullum,
　　quoius sub modio clausa papirus erat."

[1] Quae manus diversae magna cura distinctae sunt a viro docto D. F. S. Thomson (loc. cit.); ac tamen compluribus locis ab eo dissentio, postquam hunc codicem et saepius ipsum in Vaticana bibliotheca et in exemplari photographice expresso perlegi.

[2] G. B. Pighi, Prolegomeni al Catullo Veronese, Verona 1961, p. 28 sqq. Vide quid, ante Pighi, scripserit Morgenthaler, loc. cit.

[3] B. L. Ullman, The transmission ..., p. 1031–1032.

[4] sic in G.

T

Thuaneus 8071 (T): quem codicem miscellaneum, nono saeculo confectum, de Thou habuit. Continet, praeter quaedam Martialis aut Anthologiae epigrammata, poema Catulli 62, unum ex omnibus quae scripsit noster. Codex Thuaneus, origine Gallicana, est apographon codicis Gallicani cui Vindobonae nunc servato (277) deest carmen 62[1]. Thuaneus eandem post versum 32 lacunam praebet ac codices X et O: quo argumento utentes quidam eum in eandem codicum classem revocant. Ac tamen Thuaneus, unus inter Catulli codices, fert versum 14: *nec mirum, penitus quae tota mente laborant*, quem versum, tam Catullianum sua modulatione, nihil est mea quidem sententia cur reicias. Aliis locis, Thuaneus, cuius mendas ac curruptelas nemo negaverit, lectiones praebet quibus codicibus X et O longe praestat, ut: 7 oeta eos T: hoc eos X O; 9 quod T: quo X O; par est T: parent X O; 12 meditata requirunt T: meditare querunt X O; 17 nunc T: non X O; etc... Quae cum ita sint, concedere debemus codicem T imaginem reddere familiae cuiusdam quae discrepat a familia codicum X et O, a quo fonte nonnullae emendationes codicum R et G fortasse emanent[2].

D

Praeterea R. A. B. Mynors et ei qui nuper Catulli carmina ediderunt parvi fecerunt codicem Datanum Berolinensem (Diez B. Sant. 37) (D) qui quaestiones suscitat difficillimas. In ultima pagina adscripsit scriba annum 1463. Fuit virorum doctorum Carlo Dati ac postea Laurent Santen, antequam eum collegit C. Lachmann anno 1829, dein M. Schuster anno 1949 in editione Teubneriana. Qui Datanum minimi faciunt, notant eius cognationem cum Riccardiano 606: huius codicis saeculo quinto

[1] B. L. Ullman, loc. cit., p. 1028.

[2] R. A. B. Mynors, loc. cit., p. VIII, firmum argumentum non affert cur eum ad eandem originem reducat atque Oxoniensem et X.

decimo transcripti in paginis 1 et 52 legimus „Catulli carmina ut in editionibus" (Bibliotheca Riccardiana alium codicem servat, numero 2242, ubi miscentur textus transcripti e quinto decimo ad duodevicesimum saeculum, inter quos Epithalamium Pelei et Thetidis). Mira quidem contentione B. L. Ullman demonstrare conatus est[1] Datanum a Riccardiano 606 ortum esse: de quo dubitamus. Hi codices afferunt lectiones valde dissimiles, ut: 1, 2 arrida D: arrido *Ric.;* 3,10 pipilabat D: piplabat *Ric.;* 6,13 pandas D: panda *Ric.*; 10,32 paratum D: pararim *Ric.*; 12, 14 thessala D: sethaba *Ric.*; 14,15 opimo D: optimo *Ric.*; 17, 26 mula D: mulla *Ric.*; 21,4 pedicare D: dedicare *Ric.*; 21,5 es D: ex *Ric.*; 28,12 uerpa D: uerba *Ric.*; 29, 13 diffututa D: diffutura *Ric.*; 39,13 lanuinus D: lamiuinus *Ric.*; 39,29 expolitior D: expolitor *Ric.*; 42,1 adeste D: adest *Ric.*; 42,3 iocum D: locum *Ric.*; 45,1 agmen D: acmen *Ric.*; 45,2 agme D: ac me *Ric.*; 45,13 septimille D: septinulle *Ric.*; 46,3 auris D: antris *Ric.*; 48,4 unquam D: numquam *Ric.*; 50,20 ne nemesis D: ne messis *Ric.*; 53,5 desertum D: disertum *Ric.*; 55,12 uirosis D: roseis *Ric.*; 61,120 locutio D: locatio *Ric.*; 61,224 ostia D: hostia *Ric.*; 62,12 meditata requaerunt D: meditare (*?*) querunt *Ric.*; 62,35 comprendis D: comprehendis *Ric.*; 62,37 quid tum D: quod tamen *Ric.*; 62,37 quem D: quod *Ric.*; 63,9 tum D: tu *Ric.*; 63,17 euirastis D: euitastis *Ric.*; 63,47 uisum D: usum *Ric.*; 63,85 adoram talis D: adortam lis *Ric.*; 63,88 athin D: athym *Ric.*; 64,20 tum D: cum *Ric.*; 64,28 neptunnine D: nectine *Ric.*; 64,31 optatae D: optato *Ric.*; 64,61 sassea D: saxea *Ric.*; 64, 132 patris D: patriis *Ric.*; 64,171 nec D: ne *Ric.*; 64,201 funestent D: funeste *Ric.*; 64,271 sublima D: sublimia *Ric.*; 64,284 quo D: quot *Ric.*; 64,291 flammati D:flamati *Ric.*;

[1] B. L. Ullman, loc. cit., p. 1052–1053.

64,341 preuertet D: peruertet *Ric.*; 64,395 rannusia D: ranusia *Ric.*; 66,70 autem D: aut *Ric.*; 67,33 mella D: mello *Ric.*; 68,49 *bis* uer D: ut *Ric.*; 68,72 in solea D: solea *Ric.*; 68,79 desineret D: deficeret *Ric.*; 68,101 simul D: et *Ric.*; 68,119 neque tam D: nec tam *Ric.*; 68,130 est flauo D: es flauo *Ric.*; 68,139 quotidiana D: quotidianam *Ric.*; 70,3 se D: sed *Ric.*; 89,4 mater D: macer *Ric.*; 97,5 dentis hos D: dentis os *Ric.*; 98,4 caprotinas D: carpathias *Ric.* At nec ipsam codicum cognationem negamus, nec Riccardiani 606 mediocritatem. Sed lectiones quas Datanus habet solus aut cum paucis nobis fidem faciunt scribam Datani usum esse codice alio, qui originem a fonte altero trahit. Qua de causa quasdem Datani lectiones recensui quas existimavi dignas quae acciperentur, aut saltem attentos tenerent lectores, etiam si quibusdam locis Riccardiano 606 congruunt. Datanus unus est e paucis codicibus qui servant carminis 65 versum 9: *alloquar, audiero numquam tua +++ loquentem*: quem nulla causa est cur Catullo denegemus. G. B. Pighi[1] hunc versum credit a scriba adiunctum „antiquis fortasse vestigiis" insistente; sed E. Paratore rectius admonet[2] argumentum a Pighi adlatum quaestionem suo loco movere nec ullo pacto argumenta corroborare quibus omnes codices ad unam filiationem reducuntur. Pro exemplo sint nobis aliquot lectiones quae manu Datani prima praebentur: quas unus offert, hic ualde discedens aliis codicibus: 1,2 arrida: arido X O; 10,32 paratum: pararim X O; 21,4 pedicare: dedicare X O; 21,5 es: ex X O; 28,12 uerpa: uerba X O; 29,13 diffututa: diffutura X O; 36,11 ponto: punto X poncto O; 64, 31 optatae: optato X O; 64,188 languescunt: languescent X O; 64,284 quo: quot X quod O; 66 zephy-

[1] G. B. Pighi, loc. cit., vol. I, p. 82.
[2] E. Paratore, Note e discussioni, in RCCM 5, 1963, p. 401 sqq.

ritis: zyphi(y)ritis X O; 66,70 autem: aut X O; 67,33 mella: mello X m melo O mela η; 68,101 simul: om. X O; 97,5 dentis hos: dentis O X. Harum lectionum nonnullae ad id modo valent ut Datanum suo stemmatis loco collocemus; plures tamen ut genuinas recipere debemus. Non est ergo quod magna disserendi subtilitate, ut facit inter alios vir doctus M. Zicàri[1], utamur ad harum lectionum pondus minuendum. Saniorem sequemur viam si hic uestigia deprendimus traditionis quae ab unitate abhorret. Ceterum Datanus pretii minoris est quam C. Lachmann et M. Schuster olim putabant. Lectiones praebet quas legimus saepe in codicibus ζ η[2], interdum in α (63,10), β (110, 7), γ (90,3), δ (A) (50,20; 52,3). Sua tamen virtute valet, et ea adeo peculiari ut virorum doctorum B. L. Ullman et R. A. Mynors vituperationes repudiemus. Probat Datanus familiam X et codicem O non fluere sola e codice Veronensi: hic videtur alteram genuisse familiam, cuius Datanus est imago, adtestans quamvis interpolatus ac depravatus quam multiplex sit traditio Catulliana. Operam perdit si quis in eam ad unitatem redigendam nimio studio incumbit. Lectiones codicis Thuanei nostram opinionem firmiorem faciunt; libere enim se gerit, quod quidem nemo negat[3].

Sunt autem res aliae e quibus inferre debemus Catullianam traditionem multiplicem esse et mixtam et scatentem[4]: ut, in 66, 28, optimam lectionem *ausit* ,,antiqui codices" teste P. Nicetti praebebant; in 93, 2 lectio *scire*, ut adseverabat A. Guarino, legebatur ,,in uetustiore codice" et, eodem loco, teste Beroaldo, lectio *albus an ater* ,,in probatissimis codicibus" obversabatur. Versus 34, 3 reper-

[1] M. Zicàri, loc. cit., p. 453–454.

[2] De his siglis vide infra.

[3] Cf. M. Zicàri, loc. cit., p. 454.

[4] Cf. infra.

tus est a Palladio „in vetustiore exemplari" etc... Nobis quidem haesitantibus Apuleius ad 39, 19 attulit lectionem *pumicare* (codd. *defricare*) quam hic solus praebet: ea est autem quae, si vera sit, quod infra conicimus confirmet, alterum archetypum exstitisse ac Veronensem.

Ergo Veronensem e solis codicibus O, G et R (= X) repetere non possumus; nec iure putaverimus aliorum codicum lectiones coniecturas eorum esse qui vixerunt cum antiquae litterae reviviscebant. Itaque usi sumus Datano et codicibus aliquot „deterioribus" dictis, et Thuaneo (T).

Quin etiam libenter opinemur non omnes codices qui ad nos pervenerunt a Veronensi fluere: quosdam enim esse in quibus alterius archetypi vestigia discernantur, quod originem eorum referat ad alium codicem ac Veronensem. Quo archetypo explanare possumus emendationes prioris et alterius praecipue manus codicum quos non dubitamus quin a Veronensi originem trahant. Quidam codices quos nunc habemus, in his Datanus et Thuaneus, forsitan aliquid servent quod ab hoc antiquo codice, nunc deperdito, emanet.

In magna Italorum copia (sunt enim amplius centum codices saeculorum XV et XVI inc.) haud facile cognationes certas decreveris. Quas si quis discernet, relationes sic constitutae maioris pretii sint ad historiam Catulli per medii aevi et litterarum renascentium saecula describendam quam ad veras lectiones reperiendas ac statuendas. M. Zicàri viginti duorum codicum stemma dispicere adgressus est[1], quos in duas partes partitus est, quarum utraque ab Oxoniensi varie fluit et temporibus recentioribus erumpit

[1] M. Zicàri, Ricerche sulla tradizione manuscritta di Catullo, in Bollettino preparaz. edd. naz. dei classici, Accad. Lincei 1, 1958, p. 79 sqq. Eiusdem vide: A proposito di un „altro Catullo", in RIL 85, 1952, p. 1 sqq.; Il codice pesarese di Catullo e i suoi affini, in SOliv 1, 1953, p. 3sqq.; Il Cavrianeus antaldino e i codici catulliani affini al Bononiensis 2621, ibid., 1957, p. 145 sqq.; Il Catullo

(saec. XV), sed pro se utraque: qui labor, onmi laude dignus, quamvis incertus, parum adfert ad textum Catulli.

Derivantur Itali omnes, ut videtur, aut ab Oxoniensi aut ab archetypo X. Sed ita conexi sunt ut filiationem definire non audeas. Praeterea lectiones praebent quibus probatur codicem unum vel plures interfuisse ab aliis penitus discrepantes: unde non absurde coniectamus aliud archetypum exstitisse ac Veronensem.

Vt hanc molem pro virili parte ordinaret, R. A. B. Mynors manifestis emendationum cognationibus usus est ad familias constituendas: ita cum Londiniensi mus. Brit. Egertoniano 3027 coniunxit codices Neapolitanum IV F 61, Londiniensem mus. Brit. Burn. 135, Pisaurensem bibl. Oliver. 1167. Codices Itali quorum emendationes Mynors sub littera ζ colligit (cf. infra) tradunt in 65, 9 versum *alloquar audiero numquam tua* +++ *loquentem.* Codex Londiniensis addit. 11915 e classe ζ et codices recentiores habent eodem loco: *tua uerba loquentem;* qui codices, in 68,47, habent: *omnibus inque locis celebretur fama sepulti*, cum alii quos Mynors sub siglis β ζ η componit lectionem praebeant: *omnibus et triuiis uulgetur fabula passim* (Mynors, loc. cit. p. X–XI). Ita summatim confirmantur cognationes inter hos codices descriptae. Nihilo minus classis η multis locis a classe ζ quae est eiusdem temporis discrepat: nec eo validius adfirmatur traditionem esse simplicem.

ζ

Quidam Itali praecipue interpolati sunt. Codex Escorialensis, quo usus est M. Dolç in sua editione[1], lec-

di Guarnerio d'Artegna, in IMU 2, 1959, p. 453–465. – Aliquot codices, non ita multos, in classes distribuere adorti sunt V. Cremona (Codex Brixianus A VII 7, Bologna 1954, p. XLVIII–XC) et G. B. Pighi (Codex Bononiensis 2621, Bologna 1950, p. 10–20) (cf. supra M. Zicàri, SOliv 5, 1957, p. 145).

[1] M. Dolç, ed., Barcelona 1963.

tiones admiscet diversas, quas nonnumquam a libris mutuatur qui editi sunt sub typographiam incipientem; alii codices eodem modo se gerunt. Quamquam isti Itali minimae sunt fidei, non omisimus interdum lectiones notare codicis Leningradensis Cl. lat. 4° V 6 (λ): hic, manu scriptus Italica saeclo XV exeunte, nondum quod sciam collatus est. Nolui omnes eius lectiones adnotationi criticae inserere, sed aliquas notavi quae magno sunt adiumento ad eum inter Italos collocandum; alias non neglexi quae sunt peculiares nec semper eas numeres inter emendationes a viris doctis litterarum renascentium excogitatas. Hic quoque verisimile est aut scribam praeter eum codicem quem transcripserat altero usum esse, aut priorem illum codicem a diversis manibus manare. Quidquid est, sic comprobatur plures classes in traditione exstitisse quam plerique opinantur.

λ

Praeter codices servatos Fr. della Corte magni momenti iudicat[1] esse locum Noctium Atticarum, ubi Gellius animadvertit quam multa Catulli exemplaria sua aetate corrupta sint; idem testatur se in exemplari haud contemnendo legisse: *ebria acina* in 27, 4 (*ebriose acino* X O). Certum est grammaticos antiquos non semper textum legisse quem transmittunt codices: ut utar exemplo, in 4, 27 legit Diomedes (I, 344, 6 K) *gemelle Castor et gemelle Castoris* (*castrum* O, *castrum al. castrorum* X). Ergo dilucide apparet traditionem in Catulli versibus quos habemus mixtam esse. Num ultra progredientes cum Fr. della Corte consentiemus qui fieri posse adfirmat ut „Catullum pleniorem" indagemus? hanc editionem paulo post poetae mortem datam esse et multo uberiorem fuisse libello servato. Plinius maior (28, 19) scribit: „hinc Theocriti apud Graecos, Catulli apud nos proximeque Vergilii incanta-

[1] F. della Corte, loc. cit., p. 8.

mentorum amatoria imitatio": unde Fr. della Corte colligit Catullum in sermonem patrium secundam Theocriti Eclogam vertisse; quod iam opinati erant Wilamowitz et Birt et Lenchantin. At, praecedente S. Mariotti, M. Zicàri[1] hanc argumentationem infirmam esse demonstravit: non negat tamen Catullum, ut Plinii verbis utamur, amatoriam imitationem incantamentorum scripsisse, quae edita esset inter Priapeia[2]: vide carmen 117 huius editionis. Alia autem indicia patefecit Fr. della Corte[3] unde colligere possumus glossatores et grammaticos plures Catulli versus novisse quam nos: quod corroborare possit coniecturam a Fr. della Corte propositam de Catullo pleniore. Nam monet A. Guarino de carmine 2b: „post hoc carmen in codice antiquissimo et manu scripto ingens sequitur fragmentum"; L. Schwabe[4] enixe operam dedit ut hanc adfirmationem refelleret, sed argumenta eius nullo modo rem transigunt. At molestum est quod solae ad nos pervenerunt reliquiae tanto studio a Fr. della Corte collectae: quae non sunt tam copiosae ut persuasum habeamus hos versus non emanare e Collectaneis quibusdam. Itaque Catullum pleniorem exstitisse, qui quod nunc habemus comprehenderet, nec adfirmare possumus nec omnino denegare.

Quae fuerunt vices Catulli per medii aevi saecula id non corroborant quod Fr. della Corte asseverat. Scriptores ab octavo saeculo ad quartum decimum qui fuerunt, quorum locos collegit L. B. Ullman, omnes mentionem faciunt

[1] M. Zicàri, A proposito ..., in RIL 85, 1952, p. 10–11; cf. A. Manzo, Testimonianze e tradizione del Liber catulliano nella letteratura esegetico-scolastica antica, in RSC 5, 1957, p. 137 sqq.

[2] M. Zicàri, loc. cit., p. 11; cf. Fr. della Corte, loc. cit., p. 43 sqq.

[3] Ibid., p. 44: Fr. della Corte confert versus priapeios 52, 12 "cum tantum sciet esse basiorum" cum Cat. 5, 13 "cum tantum sciat esse basiorum". Fortasse carminis priapeii scriptor textum legit qui dissimilis erat codicum X O et D: hic lectionem "sciet" praebebat.

[4] L. Schwabe, Index schol. Dorpat, 1865, p. 12.

nostri libelli carminum, sive ipsa ea sequuntur sive Selectas Sententias aut de fabulae deis Disputationes, quae ipsae a libello ex parte fluunt. Quod epigramma Benvenuto Campesani composuit certiores nos facit quae fuerit Catulliana traditio saeculo quarto decimo incipiente: cum tabellio Veronensis, Francisco nomine, per Gallias iter faceret, codicem Catullianum reperit quem transcripsit ut carmina amicis suis mitteret: hunc „compatriotam" fuisse Can Grande della Scala adseverat T. Frank[1], cuius argumenta infirma sunt ad probandum[2]. Verisimile est hunc codicem erupisse cum alii codices fere omnes perierant. Fragmenta autem quae citat Guglielmo da Pastrengo[3] († anno 1362) cum eadem traditione ac Veronensis cohaerent; nec Petrarcus, quamvis apographon legens, quidquam citat quod non sit ex versibus adhuc exstantibus. In inventario post mortem Bartolomeo di Jacopo Ticini constituto (die vicesimo mensis Aprilis, a. 1390) reperimus codicis Catulli mentionem, cuius textus Oxoniensem fortasse contingit quo non amplior fuisse videtur[4]. G. Billanovich[5] imitationes Catullianas detexit apud duos viros qui Patavi vixerunt ex. saec. XIII et inc. XIV, Lovato († 1309) et Mussato († 1329). Cum non eosdem Catulli locos imitentur, iure concludas eos non anthologicis sed libro Catulli ipso usos esse. In suis versibus priapeiis 33, 35 sqq.,

[1] T. Frank, Can Grande and Catullus, in AJPh 48, 1927, p. 273–275.

[2] Vide tamen H. L. Levy, Catullus and Cangrande, in TAPhA 99, 1968, p. 249–253, qui valde adprobat.

[3] B. L. Ullman, loc. cit., p. 1041–1042. De Guglielmo et Catullo vide etiam P. Renucci, L'aventure de l'humanisme européen au Moyen Age, Paris 1953, p. 162 et 190.

[4] M. Zicàri, in Boll. prepar. edd. class., N. S. 6, 1958, p. 99, n. 27.

[5] G. Billanovich, Veterum vestigia vatum, in IMU 1, 1958, p. 168 sqq; I primi umanisti e le traduzioni dei classici latini, Fribourg 1953, p. 41.

Mussato Catullum vestigiis sequitur, cuius versus *suaviolum dulci dulcius ambrosia* (99, 2) nunc factus est: *oscula divinum praebent superantia nectar.* Quos locos inter se comparans M. Zicàri conicit Mussato textum habuisse ubi *ambrosia* legebat[1]: atqui X et O *ambrosio* praebent, quam lectionem ante saeculum quartum decimum nemo correxit, quo *ambrosia* apparuit (vide codd. D ε *Ricc. 606*). Ergo iure conicimus alios codices exstitisse sub idem fere tempus quo Campesani laudes caneret Veronensis nuper reperti; ac Patavini, Catullum tanta licentia imitando, nobis fidem faciunt traditionem Catullianam bifidam esse, –quod certe ad „Catullum non integrum" attinet, qui solus ad nos pervenit. Vnde non concluseris Catullum pleniorem, quem olim exstitisse Fr. della Corte credidit, melius probari.

In hac editione adornanda codicibus usus sum:

–R G (= X) m et O
–T (ad carmen 62)
–D.

Lectiones codicum D et m non congessimus nisi si quae offerunt valde utilia aut per se aut traditioni perspiciendae. Datani et Riccardiensis 606 consensus solum in hac praefatione notatur. Multo plures codices perlegimus aut ipsos aut photographice expressos. Fit ut nominatim indicemus codicem Leningradensem (λ), Ambrosianum M 38 sup. (A) et, si res fert, alios quorum mentionem in apparatu factam reperies. Sunt alii codices de quibus in hac praefatione non disputamus, quorum tamen lectiones quasdam in adnotatione critica recensuimus; etenim parvi pretii codices speciosas lectiones offerunt: quos suo nomine indicavimus, nec tum congregavimus sub Graecis litteris,

[1] Vide etiam G. Granarolo, Du nouveau sur la resurrectio Catulli, in RPh 34, 1960, p. 74.

ut Mynors fecit qui ipse interdum definitionibus magis conspicuis utitur. Lectiones priorum Catulli editionum in apparatum saepius accepimus et permultas hominum doctorum coniecturas quae, quamvis a nobis reiectae, magnum ingenii acumen demonstrant. Ita lector perspiciet quantae difficultates quot emendationibus expeditae vel levatae sint[1].

Itaque littera V usi non sumus, qua Veronensem designante tot ambiguitates editores contegunt. Cum in apparatu litterarum X et O mentionem facimus, nec aliorum, significare volumus concinere testes qui sunt maximae auctoritatis. Lectiones quasdam Datani (D) quae lectionibus codicum X et O congruunt fit ut ea mente designemus ut magis conspicue appareat quomodo codex ille se gerat et ubi eum collocare debeamus.

In hac nostra adnotatione critica neque amplitudine cum Ellis nec brevitate cum Mynors certare voluimus. Editio ab Ellis anno 1878 procurata, scientiae ac rationis mirabile testimonium, nimiis adnotationibus redundat: nam philologi nondum definierant codicum cognationes quae ne nunc quidem luculenter apparent. Editio Oxoniensis, nuper a R. A. B. Mynors recognita, ipsa magni pretii, aliquoties nimia brevitate peccat; et moleste ferimus quod ille vir doctus laborem despexit quo editores priores textum Catulli vel emendaverunt vel emendare conixi sunt.

Vt in Italorum vel deteriorum tanta mole satis cerni possit, lectiones, quas textus ipse aut adnotationes inter lineas et in marginibus adscriptae offerunt nec sine iniuria praetermiseris, ut ante nos Mynors fecit in aliquot classes ordinem temporum servando divisimus, quarum sigla haec sunt:

[1] Aliquas lectiones elegimus viri docti et ignoti, qui fuit saec. XVI, qui manu sua editiones Aldinas adnotavit (1502; 1515; 1575) nunc in Marciana bibliotheca servatas.

– α: emendationes ante annum 1412 adhibitae, quas praebent praecipue codices Bononiensis 2621 (quem recognovit G. B. Pighi, Bologna 1950), Florentinus Laurent. 33–13.

– β: emendationes ante annum 1424 adhibitae, in Parisino 7989, illustri codice, nomine Traguriensi, conscripto mense Novembri anni 1423 quod ad Catulli textum attinet.

– γ: emendationes ante annum 1453 adhibitae, in codicibus: Antenoris Balbi (a. 1451), Leidensi Vossian. lat. oct. 59 (a. 1453), Oxoniensi Canonic. class. lat. 33, Vaticano Palat. lat. 910, Hamburgensi philol. L. 139, Ambrosiano H 46.

– δ: emendationes quas praebent ante annum 1450 Parisinus lat. 8234 (Colbertinus), Berolin. Diez. B. Sant. 36, Ambrosianus M 38 (A).

– ε: emendationes codicum Mediolanensis Brerensis A D XII, 37, n°2, fortasse anno 1450 transcripti, et, ab eo fluentium, Brixiani Querin. A VII 7 (recogniti a V. Cremona, Bologna 1954) et Londiniensis mus. Brit. Harleiani 2574.

– ζ: emendationes codicum qui transcripti vel adnotati sunt circiter annum 1460, id est Londiniensis mus. Brit. addit. 11915, Londiniensis mus. Brit. addit. 11674, Florentini Magliabech. VII 1158, Florent. Riccard. 2242 (= c. 64), Flor. Ricc. 606: cui classi erres inserendo ex industria Datanum (D).

– η: sic colliguntur adnotationes codicum qui (vide classem ζ) emendationibus abundant, magni quidem momenti. Qui codices, ut priores (= ζ), e familiis minoribus emanant, inter se mixtis; hi sunt Vice-

tinus bibl. Bertolianae G. 2. 8. 12 (transcriptus Patavii a. 1460), Oxoniensis Bodleianus Laudianus lat. 78 (a. 1460), Leidensis Voss. lat. oct. 81, Guelferbytanus Gudianus lat. 332, Vatic. Chisianus H IV 121, Vatic. Vat. lat. 1608 (a. 1479), Ven. Marc. lat. 12. 153 (4453), Ven. Marc. lat. 12. 86 (4170).

– θ: emendationes codicis Londiniensis mus. Brit. Egertoniani 3027 a. 1467 Perusiae scripti (is est Cuiacianus Scaligeri); cum quo coniunguntur Neapolitanus bibl. nat. IV F 61, Londiniensis mus. Brit. Burneianus 133, Pisaurensis bibl. Oliverianae 1167 (a. 1470; transcriptus a M. Zicàri, SOliv 1, 1953, p. 3 sqq.).

In apparatu nostro Datanus (D) et Mediolanus (A), quos R. A. B. Mynors sub siglis praecedentibus collocat, suo nomine designantur. Vt Mynors computat, emendationes quas hi codices suppeditant fere sunt in classe α: 16, in β: 30, in γ: 20, in δ: 15, in ε: 25, in ζ: 50 (pleraeque classium ζ et η emendationes persimiles sunt), in η: 50 ad minus, in θ: 50. Cum classes a Mynors constitutas, quamquam optimam lectionem non offerunt, in apparatu memoramus, tum traditionis varietatem adumbrare volumus, et apertius illustrare quomodo codices potiores ad deteriorum rationem se gerant.

Sicut diximus, nunc in codicibus praecipuis sine dubitatione deprehendere nequimus quibus locis scriba se ipse correxerit vel, si plures fuerint, quis quem locum emendaverit. Vt lector res apertius perspiciat, litteris codicum (O R G ...) designavimus lectiones prioris manus, numero ^{1} (O^1 R^1 G^1 ...) scribam sese corrigentem, numeris ^{2} et ^{3} correctiones antiquiores, numero ^{4} correctiones recentiores. Omnes qui in palaeographia versantur intellegent

quam dubitanter diversas manus sic separemus; audentem fortuna iuvet.

Ne scripturas servando antiquitatem redolentes apparatum praegravem constitueremus, secuti sumus praecipue Oxoniensis orthographiam; aliorum codicum varietates orthographicas non memoravimus.

Nec nihili aestimavimus Catulli editiones saecc. XV ex. et XVI inc.: praecesserunt quaedam vel probatos codices quorum ad textum probandum non fuerunt nullius momenti. Praeterea viri docti qui, renascentibus litteris, has editiones ediderunt forsitan ad manum codices habuerint qui a familiis X, O, aut D, T discrepabant: etenim hi libri lectiones praebent quae non omnes pendent ex editorum sagacitate. Hi sunt illi: editio a. 1472 (Venetiis); 1473 (Parmae: Fr. Puteolanus); circiter a. 1475 (Romae); 1481 (Vicentiae: I. Calphurnius); 1485 (Brixiae: A. Parthenius); 1496 (Venetiis, cum Palladii commentariis); 1500 (Venetiis: Palladius); 1502 (prior editio Aldina: Avantius); 1515 (altera editio Aldina: Avantius); 1521 (Venetiis: B. et A. Guarini); circiter a. 1535 (Venetiis: in Trincavelii typis; Avantius); 1554 (Venetiis: Muretus); 1566 (Venetiis: A. Statius); 1577 (Veronae, Paris.: Scaliger). Trium editionum quae primae exstiterunt, Veneta (1472) et Romana (circiter a. 1475) saepissime congruunt; Parmensis vero (1473) saepius est sui iuris.

Plurimum debeo tot bibliothecarum curatoribus qui me adiuverunt, inter quos vir eminentissimus J. Ruysschaert scientia sua et benignitate insignis est, et collegis qui Collegium Gallicum de scriptis antiquis investigandis regunt. Vtinam eandem comitatem apud Sorbonensis bibliothecae curatricem nanctus essem!

Nunc in extremo opere ex animo gratias ago amico Marcel Renard cuius auspiciis priorem Catulli editionem emisi in editionibus Latomus, quibus praeest; quo obstante

hanc editionem Teubnerianam foras dare nequissem. Quam et ipsi et scholasticis meis cum Bruxellensibus tum Pictavis qui mecum saepe Catullo operam dederunt dedico libens merito.

Praeterea libenter profiteor quantopere me adiuverit scientia et studio W. Schaub quae Teubnerianis editionibus Graecis et Latinis consulit.

Lutetiae Parisiorum, mense novembri anni 1972.

HENRICVS BARDON

CONSPECTVS LIBRORVM

Hic mentionem facimus librorum praecipue recentium, nec omnium quos viri docti in lucem miserunt: eos elegimus qui, iure iniuria, pluris nobis esse visi sunt.

Commentationes de codicibus indicavimus cum de stemmate constituendo disputavimus: vide praefationem p. XXX sqq.

Ante primi cuiusque carminis adnotationes criticas designavimus quae virorum doctorum disputationes praecellant, nostra quidem sententia. Ignoscant omissi.

I. Editiones recentiores[1]

C. Lachmann, Berolini 1829; 1861^{2}; 1874^{3}.
A. Rossbach, Lipsiae 1860^{2}; 1867^{2}.
L. Müller, Lipsiae 1870; 1885 (1913).
R. Ellis, Oxford 1867; 1878^{2}; 1904; 1911.
E. Baehrens, Vol. 1, Lipsiae 1876; 1878.
L. Schwabe, Berolini 1866; 1886.
J. P. Postgate, London 1889.
E. Baehrens – K. P. Schulze, Lipsiae 1893^{2}.
E. T. Merrill, Boston & London 1893; Lipsiae & Berolini 1923.
A. Palmer, London New York 1896.
M. Haupt – J. Vahlen – R. Helm, Leipzig 1912^{7}.
C. Pascal, Aug. Taurin. 1916.

[1] De editionibus saecc. XV–XVI, vide praefationem. p. XXX. Non omnes recentiores, quae permultae sunt, hic designavimus, sed quae, ut opinamur, ceteris praestant. Mentionem facere debemus libri a L. Herrmann scripti: Les deux livres de Catulle regroupés et traduits, Bruxelles 1957. Etsi huic libro, valde insolito, non adsentimur, is est tamen quem neglegere non liceat.

E. Stampini, Torino 1921.
G. Lafaye, Paris 1922; 1949^{3}; 1958^{4}.
E. Cazzaniga, Torino 1941; 1945^{2}; 1966^{3}.
M. Schuster, Lipsiae 1949; 1954^{2}; 1958^{3} (M. Schuster – W. Eisenhut).
R. A. B. Mynors, Oxford 1958; 1960^{2}.
G. B. Pighi, Verona 1961.
O. Weinreich, Zürich & Stuttgart 1969.
H. Bardon, Bruxelles 1970.

II. Editiones commentariis instructae

Quae sunt plurimae. Vtilitatem habent semper magnam, aliquoties maximam. Hae ceteris praestant:

R. Ellis, Oxford 1867; 1876; 1889^{2}.
E. Baehrens, Vol. 2, Lipsiae 1885.
E. Benoist – E. Thomas, Paris 1882–90.
A. Riese, Leipzig 1884.
G. Friedrich, Leipzig & Berlin 1908.
W. Kroll, Leipzig & Berlin 1923; 1929^{2}. rursus ed. J. Kroymann – H. Herter, Stuttgart 1968^{5}.
M. Lenchantin de Gubernatis, Torino 1928; 1929^{2}; 1933^{3}; 1947^{3}; 1953; 1958.
F. Arnaldi, Milano 1950^{2}.
C. J. Fordyce, Oxford 1961; 1965.
K. Quinn, London 1970.

III. Libri generatim res tractantes

A. Couat, Étude sur Catulle, Paris 1875. – A. Cartault, Catulle, l'homme et l'écrivain, Paris 1899. – T. Frank, Catullus and Horace. Two poets in their environment, New York 1928; 1965. – E. Paratore, Catullo „poeta doctus", Catania 1942. – N. I. Herescu, Catullo, Roma 1943. – M. Schuster, RE VII A 2, 1948, col. 2353–2410 s. v. Valerius. – F. Della Corte, Due studi catulliani, Genova 1951. – K. Quinn, The Catullan Revolution, Melbourne 1959; 1969^{2}. – L. Ferrero, Interpretazione di Catullo, Torino 1955. – L. Ferrero, Un' introduzione a Catullo, Torino

1955. (Università di Torino. Pubblicazioni della Facoltà di lettere e filosofia. 7, 2.) – L. Pepe, Studi catulliani, Napoli 1963. – J. Granarolo, L'oeuvre de Catulle, Paris 1967. (Collection d'études anciennes.) – G. Williams, Tradition and Originality in Roman Poetry, Oxford 1968. – C. Witke, Enarratio catulliana, carmina L, XXX, LXV, LXVIII, Leiden 1968. – T. P. Wiseman, Catullan Questions, Leicester Univ. Pr. 1969. – H. Bardon, Propositions sur Catulle, Bruxelles 1970.

IV. De Catulli vita

M. Haupt, Quaestiones Catullianae, Leipzig 1837. – L. Schwabe, Quaestiones Catullianae, Gießen 1862. – P. Maas, The Chronology of the poems of Catullus, CQ 36, 1942, p. 79–82. – G. Gilbert et M. Renard, Les dates de naissance et de mort de Catulle, AC 11, 1942, p. 93–96. – I. K. Horváth, Chronologica Catulliana, A Ant Hung 8, 1960, p. 335–368.

V. Quae fuerit Lesbia

G. Giri, Se Lesbia di Catullo sia Clodia, la sorella di P. Clodio, RIGI 6, 1922, p. 161–177. – M. Rothstein, Catull und Lesbia, Ph 78, 1922, p. 1–34. – G. Giri, Intorno alla questione di Lesbia-Clodia, Athenaeum 6, 1928, p. 183–189 et 215–219. – F. Arnaldi, Catullo e Clodia, RFIC N. S. 5, 1927, p. 350–356. – F. O. Copley, Emotional Conflict and its Significance in the Lesbia Poems of Catullus, AJPh 70, 1949, p. 22–40. – L. Alfonsi, Lesbia, AJPh 71, 1950, p. 59–66. – L. Pepe, Gli horti di Lesbia, GIF 13, 1960, p. 25–41. – L. Pepe, La domus Palatina di Lesbia, GIF 13, 1960, p. 193–209. – G. Lieberg, Puella divina, Amsterdam 1962. – H. D. Rankin, Clodia II, AC 38, 1969, p. 501–506.

VI. De Catulli amicis et aequalibus

C. L. Neudling, A Prosopography to Catullus, Oxford 1955. (Iowa Studies in Class. Philology. 12.)

VII. Quid de rebus publicis Catullus censuerit

B. Mosca, La psicologia politica di Catullo, A & R 8, 1927, p. 52–68. – E. Bickel, Catulli in Caesarem carmina, RhM N. F. 93, 1950, p. 1–23. – G. Granarolo, Catulle et César, AnnFacLetAix 32, 1958, p. 53–73. – C. Deroux, A propos de l'attitude politique de Catulle, Latomus 29, 1970, p. 608–631.

VIII. Quid de philosophia et religione Catullus senserit

P. Giuffrida, L'epicurismo nella letteratura latina nel 1 sec. av. Cristo, vol. 2, Torino 1942. – M. Renard, L'élément religieux dans les poésies de Catulle, Latomus 5, 1946, p. 351–357. – J. P. Elder, Notes on some conscious and subconscious elements in Catullus' poetry, HSPh 60, 1951, p. 101–136. – E. V. Marmorale, L'ultimo Catullo, Napoli 1952, 1957[2]. – L. Herrmann, Catulle et les cultes exotiques, NClio 6 (Mél. R. Goossens), 1954, p. 236 –246. – E. Turolla, Circa due visioni diverse della vita nelle poesia di Catullo, GIF 9, 1956, p. 1–9. – P. Oksala, Fides und Pietas bei Catullus, Arctos 2 (Acta philol. Fennica Sundwall dic.), 1958, p. 88–103. – A. Salvatore, Studi Catulliani, Napoli 1966. – E. Schäfer, Das Verhältnis von Erlebnis und Kunstgestalt bei Catullus, Wiesbaden 1966.

IX. Quos scriptores Catullus imitatus sit

K. P. Schulze, De Catullo Graecorum imitatore, Jena 1871. – G. Lafaye, Catulle et ses modéles, (Paris 1894). Cf. J. Girard, Journal des savants. 1894, 533–542. 637–651. – O. Weinreich, Die Distichen des Catull, Tübingen 1926; Darmstadt 1971. – E. Fraenkel, Kallimachus und Catull. Zu den neuesten Funden, Gnomon 5, 1929, p. 265–268. – O. Hezel, Catull und das griechische Epigramm, Stuttgart 1932. (Tübinger Beiträge zur Altertumswissenschaft. 17.) – A. L. Wheeler, Catullus and the traditions of ancient poetry, London & Berkeley 1934; Univ. Calif. Pr., 1964. – O. Immisch, Catullus Sappho, SHAW, Phil.-hist. Kl. 1933/34, 2, p. 1 sqq. – R. Avallone, Catullo e suoi modelli romani, Salerno 1944. – eiusdem, Catullo ed Euripide,

Antiquitas 2–5, 1947–50, p. 112–183. — eiusdem, Catullo e i suoi modelli, t. 2, Salerno 1967. – E. Bickel, Hymen und Hymenaios bei Kallimachos und Catull, RhM 93, 1950, p. 96. – D. Braga, Catullo e i poeti greci, Messina & Firenze 1950. – V. Ciaffi, Catullo e i poeti nuovi, Torino 1951. – J. Bayet, Catulle, la Grèce et Rome, Fondation Hardt. Entretiens sur l'antiquité classique 2 (L'Influence grecque sur la poésie latine de Catulle à Ovide.), Vandoeuvres-Genève, 1953: 1956, 1–39 (55) – J. Ferguson, Catullus and Horace, AJPh 77, 1956, p. 1–18. H. Bardon, Catulle et ses modèles poétiques de langue latine, Latomus 16, 1957, p. 614–627. – N. I. Herescu, Catulle traducteur du grec et les parfums de Bérénice, Eranos 55, 1957, p. 153–170. – – E. Paratore, Osservazioni sui rapporti fra Catullo e gli epigrammatisti dell'Antologia, Miscellanea di studi alessandrini in memoria di A. Rostagni, Torino 1963, p. 567–587. – G. B. Donzelli, Di Catullo e Saffo, SIFC 36, 1964, p. 117–128. – G. Jachmann, Sappho und Catull, RhM N. F. 107, 1964, 1–33. – J. A. Richmond, Horace's „Mottoes" and Catullus 51, RhM N. F. 113, 1970, p. 197–204. – N. B. Crowther, Catullus and the tradition of Latin poetry, CPh 66, 1971, p. 246–249. – Cf. etiam c. 66.

X. De Catulli arte et scribendi ratione

A. De arte componendi

R. Reitzenstein, Zur Sprache der lateinischen Erotik, SB Heid A Phil.-hist. Kl. 1912, 12. – O. Friess, Beobachtungen über die Darstellungkunst Catulls, München 1929. Diss. – H. Bardon, L'art de la composition chez Catulle, Paris 1943. (Publications de l'Université de Poitiers. Ser. Sciences de l'homme 3.) – C. P. Segal, The Order of Catullus, poems 2–11, Latomus 27, 1968, p. 305–321.

B. De lingua et scribendi arte

M. N. Wetmore, Index verborum Catullianus, New Haven 1912; Hildesheim 1961. – I. Schnelle, Untersuchungen zur Catulls dichterischer Form, Leipzig 1933. (Philologus, Supplbd XXV, 3.) – A. Ronconi, Stile e lingua di Catullo, A & R 19, 1938, p. 139–156 [cf. Ronconi, Da Lucrezio a Tacito, Messina & Firenze 1968², p. 46–70]. – N. I. Herescu, L'assonance dans l'art de Catulle, RCl 13–14, 1941–1942, p. 55. – J. Svennung, Catulls Bildersprache,

Uppsala 1945. (Upsala Universitets Årsskrift. 1945, 3.) – H. Strekker, Die volkstümlichen Elemente in den kleineren Gedichten des Catull, Jena 1950. Diss. – G. Vaccaro, Introduzione allo studio della lingua dell'uso in Catullo, GIF 4, 1951, p. 33–42. – H. Heusch, Das Archaische in der Sprache Catulls, Bonn 1954. – A. La Penna, Problemi di stile catulliano, Maia 8, 1956, p. 141–160. – W. Eisenhut, ed. 1958, p. 115–137. – J. P. Cèbe, Sur les trivialités de Catulle, REL 43, 1965, p. 221–229. – A. Ronconi, Studi catulliani, Napoli 1966; Brescia 1971. – H. Tränkle, Ausdrucksfülle bei Catull, Philologus 111, 1967, p. 198–211. – D. O. Ross, Style and Tradition in Catullus, Cambridge (Mass.) 1969. (Loeb Class. Monographs.)

C. De rebus metricis

T. Cutt, Meter and Diction in Catullus' hendecasyllabics, Chicago 1936. – O. Skutsch, Metrical variations and some textual variations in Catullus, Institute of Classical Studies, Univ. of London, Bulletin 16, 1949, p. 38–43. – D. A. West, The Meter of Catullus' Elegiacs, CQ N. S. 7, 1957, p. 98–102. – W. Eisenhut, ed. 1958, p. 107–114. – M. Zicàri, Some metrical and prosodical features of Catullus' poetry, Phoenix 18, 1964, p. 193–205. – J. Mantke, De Catulliani hendecasyllabi phalaecii synaloephis, Eos 55, 1965 [1968], p. 310–337. – F. Cupaiuolo, Studi sull' esametro di Catullo, Napoli 1966. – R. C. Ross, Catullus 63 and the galliambic meter, CJ 64, 1969, p. 145–152. – J. W. Loomis, Studies in Catullan verse, Leiden 1972.

D. De vi poetica

D. A. Slater, The Poetry of Catullus, Manchester 1912. – E. A. Havelock, The Lyric Genius of Catullus, Oxford 1929; New York 1967. – F. Stoessl, Catull als Epigrammatiker, WS 70, 1957, p. 290–305.

SIGLA

T	Thuaneus Parisin. 8071, s. IX.
O	Oxoniensis Bodl. Canonicianus class. lat. 30, s. XIV.
X	fons communis codd. G et R.
G	Parisinus lat. 14137, a. 1375.
R	Vaticanus Ottobonianus lat. 1829, s. XIV ex.
m	Venetus Marcianus lat. XII, 80, s. XV.
D	Berolinensis Datanus B. Sant. 37, a. 1463.
A	Ambrosianus M. 38 sup., s. XV.
λ	Leningrad, Cl. lat. 4° V 6, s. XV.
G^1R^1...	scriptor sese ipse corrigens.
G^2R^2...	corrector vel correctores antiquiores.
G^3R^3...	alii correctores antiquiores.
G^4R^4...	corrector vel correctores recentiores.
α	codd. recc. ante annum 1412.
β	cod. rec. ante annum 1424 (cod. Traguriensis).
γ	codd. recc. ante annum 1453.
δ	codd. recc. ante medium saec. XV.
ε	codd. recc. circa annum 1450.
ζ	codd. recc. circa annum 1460.
η	codd. recc. circa annos 1460–1480.
θ	codd. recc. ante annum 1470.
Ital.	codices italici deteriores plerique.
codd.	codices plerique vel omnes.
edd.	editores plerique vel omnes.
Ald.[1]	Avantii editio Aldina, Venetiis 1502.

Ald.[2]	Avantii editio Aldina, Venetiis 1515.
Avant.	Avantii emendationes Catullianae, Venetiis 1481.
Calph.	Calphurnii editio Vicetina 1481.
Guar.	B. et A. Guarini editio Veneta 1521.
Pall.	Palladii Fusci editio Veneta 1496.
Parm.	editio Parmensis 1473.
Parth.	Antonii Parthenii editio Brixiensis 1485.
Rom.	editio Romana circa 1475.
Stat.	Achillis Statii editio Veneta 1566.
Trinc.	Victorii Trincavelli editio Veneta circa 1535.
Ven.	editio princeps Veneta 1472.

CATVLLI CARMINA

1

Cui dono lepidum novum libellum
arida modo pumice expolitum?
Corneli, tibi: namque tu solebas

Titulus: Catulli Veronensis liber Incipit G ad Cornelium *add.* G² Catulli Veronensis liber incipit ad Cornelium R (*praecedentibus versibus quos citamus supra p. X*) m Catullus Veronensis poeta O⁴ Q. Catuli Veronensis liber incipit ad Cornelium D

c. **1** – A. Klotz, Zu Catull, RhM 80, 1931, p. 342–356. – F. O. Copley, Catullus, c. 1, TAPhA 82, 1951, p. 200–206. – E. Pasoli, Catullo e la dedica a Cornelio Nepote, Vita Veronese 11/12, 1959, p. 433–436. – M. Zicàri, Sul primo carme di Catullo, Maia 17, 1965, p. 232–240. – M. Gigante, Catullo, Cornelio e Cicerone, In memoriam E. V. Marmorale, Napoli 1967, vol. 1, p. 123–129. – F. Cairns, Catullus 1, Mnemosyne Ser. 4, 22, 1969, p. 153–158. – B. Latta, Zu Catulls Carmen 1, Hermes 29, 1972, p. 201–213.

Auson. 23, 1. – **1–2** Isid., etym. 6, 12, 3; Mar. Victorin., VI p. 148 K **1–4** Bassus, VI p. 261 K; Ter. Maur. 2562–4, VI p. 401 K: cf. Fortun. gramm., VI p. 298 K **2** Serv., Verg. Aen. 12, 587 **3–4** Plin., n. h., praef. 1.

1 cui X O *Isid. Victorin.* : qui A *Ellis* quoi D *Ital. Ven. Lafaye* **2** ar(r)ida D *Serv.* : arido X O

meas esse aliquid putare nugas,
iam tum cum ausus es unus Italorum 5
omne aevum tribus explicare cartis
doctis, Iupiter, et laboriosis.
Quare habe tibi quicquid hoc libelli,
qualecumque: quod, ⟨o⟩ patrona virgo,
plus uno maneat perenne saeclo. 10

2

Passer, deliciae meae puellae,

5 tum . . . es ε : tamen . . . est X O **8** habe tibi η : tibi habe X O **9** o *add.* η *Pall.* **10** perenne X : perire O.

c. 2 – B. Brotherton, Catullus carmen 2, CPh 21, 1926, p. 361–363. – M. Schuster, Der passer Catulls <Zu Catull C. 2 und 3.> WS 46, 1927–1928, p. 95–100. – H. Wagenvoort, De Catulli carmine secundo, Mnemosyne Ser. 3, 8, 1940, p. 294–298. – A. Ghiselli, A proposito di una recente interpretazione del Passer catulliano, A & R 2, 1952, p. 111–115. – M. Zicàri, Il secondo carme di Catullo, StudUrb 37, 1963, p. 205–232. – W. Eisenhut, Zu Catull c. 2 A und der Trennung der Gedichte in den Handschriften, Philologus 109, 1965, p. 301–305. – J. D. Bishop, Catullus 2 and its Hellenistic antecedents, CPh 61, 1966, p. 158–167. – R. Heine, Zum 2. und 17. Gedicht Catulls, Gymnasium 74, 1967, p. 315–321. – H. Gugel, Die Einheit von Catulls erstem Passergedicht, Latomus 27, 1968, p. 810–822. – D. Fehling, Noch einmal der passer solitarius und der passer Catulls, Philologus 113, 1969, p. 217–224.

Bassus, VI p. 260 K; Fortun. gramm., VI p. 293 K; Ps. Cens., VI p. 614 K.

quicum ludere, quem in sinu tenere,
cui primum digitum dare adpetenti
et acris solet incitare morsus,
cum desiderio meo nitenti 5
karum nescioquid libet iocari
et solaciolum sui doloris,
credo, et *tam* gravis acquiescet ardor,
tecum ludere sicut ipsa possem
et tristis animi levare curas! 10

2 b

. . . .
Tam gratum est mihi quam ferunt puellae
pernici aureolum fuisse malum,
quod zonam soluit diu negatam.

3 cui R^1 O^3 qui X O | at petenti X (patenti X^2) O ac appetenti D appetenti R^4 **4** ea R (*corr.* R^2) O **6** carum D *Ital.* : rarum D^2 | iubet O^3 **7** ut *Ital. Schuster Pighi* **8** et tam *correxi e coniectura* (ut tam) *a J. Préaux facta praecedente Dousa* : et cum R ut cum G O *Pighi* ut tum *B. Guar. Schwabe Cazzaniga Mynors Zicàri* tum *Baehrens Kroll Weinreich* | acquiescet (adqu– G) X O *Sillig Kroll Pighi* : acquiescit *Lenchantin Arnaldi* acquiescat *B. Guar. J. Préaux* | dolor O^3 **9** secum O^3 | luderem G^2 D.

c. **2b** – C. Hosius, PhW 43, 1923, col. 1106.
3 Prisc., p. 16 H.
ad v. **10** *carminis 2* «post hoc carmen in codice antiquissimo et manu scripto ingens sequitur fragmentum» *A. Guar.* (*de cuius adfirmatione vide quid Schwabe, Ind. schol. Dorp. 1865, p. 12, non sine temeritate censuerit*) **3** negatam X R^2 m^2 O : ligatam G^2 R^1 (*in ras.*) m D *Ven. edd.*

3

Lugete, o Veneres Cupidinesque,
et quantum est hominum venustiorum.
Passer mortuus est meae puellae,
passer, deliciae meae puellae,
quem plus illa oculis suis amabat; 5
nam mellitus erat suamque norat
ipsam tam bene quam puella matrem,
nec sese a gremio illius movebat,
sed circumsiliens modo huc modo illuc
ad solam dominam usque pipiabat. 10
Qui nunc it per iter tenebr*ic*osum
illud, unde negant redire quemquam.
At vobis male sit, malae tenebrae
Orci, quae omnia bella devoratis;
nam bellum mihi passerem abstulistis. 15
O factum male! o miselle passer!

c. 3 – M. Schuster, cf. c. 2. – G. Funaioli, L'epicedio catulliano del passero di Lesbia, Atti del 3. Congr. di studi Romani 4, 1935, p. 55–59. Vide et Studi di letteratura antica, 1948. – M. Zicàri, Catul. 3, 12, SIFC 29, 1957, p. 250–254. – G. P. Goold, Catullus 3, 16, Phoenix 23, 1969, p. 186–203. – J. Granarolo, Venus et Veneres, AFLNice 11, 1970, p. 105–113.

12 Sen., apoc. 11,6; Carm. epigr. B 1504,11 **16** Carm. epigr. B 1512,4

9 circum siliens R^2 G O^2 D : circum silens R O | illuc O : illuc mouebat R *corr.* R^4 moueban *? eras.* G **10** pipiabat *codd. Brix. VII,7 Harl. 2574 in margg. Vossius* : piplabat X O pipilabat D ζ η pippilabat *B.Guar.* **11** tenebricosum *Parth.* : tenebrosum X O *Rom.* tenebriosum *Ven.* **12** illud X O D *Lundström Zicàri Skutsch* : illuc D^2 O^2 *cf. 14,22* **14** orci quae G^2 R^3 : orcique X O | bella : pulcra *s. l.* G^2 O^3 **15** tam G O **16** o R^4 η : bonum X O | o miselle η *Parm.* : bonus ille X O *Ven.* bellus ille R^3.

Tua nunc opera meae puellae
flendo turgiduli rubent ocelli.

4

Phaselus ille, quem videtis, hospites,
ait fuisse navium celerrimus,
neque ullius natantis impetum *trabis*
nequisse praeterire, sive palmulis
opus foret volare sive linteo. 5
Et hoc negat minacis Adriatici
negare litus insulasve Cycladas
Rhodumque nobilem horridamque Thraciam
Propontida trucemve Ponticum sinum,

17 cf. Mart. 1,109,1; 7,14; 14,77.

c. **4** – J. Svennung, Phaselus ille, Zum 4 Gedicht Catulls, Acta Instituti Romani Regni Sueciae. Ser, in 4⁰, 18, Opuscula Romana 1, 1954, p. 109–124. – M. Schmidt, Phaselus ille, zu Catull 4, Gymn 62, 1955, 43–49. – L. Herrmann, A propos du petit navire, Hommages à M. Niedermann, Bruxelles 1956, p. 164–167. – F. A. Copley, Catullus c. 4: the World of the Poem, TAPhA 89, 1958, p. 9–13. – H. J. Mette, Catull carm. 4, RhM N. F. 105, 1962, p. 153–157. – R. A. Hornsby, The Craft of Catullus (Carm. 4), AJPh 84, 1963, p. 256–265.

Verg., catal. 10; Ov., trist. 1,10. – **1** Mar. Victorin., VI p. 134 K; Ter. Maur., VI p. 293 K; Ps. Cens., VI p. 612 K; Schol. Bern. G IV 289; Schol. Lucan. 5,518

1 *et al.* (p)hasellus O G (l^2 *eras.*) **2** ait *Calph.* : aiunt X O | celerrimus *Parth.* : celer(r)imum X O **3** ullius *Calph.* : illius X O | impetum trabis *Avant.* : trabis impetum *Calph.* impetum tardis X O **4** nequisse θ : neque esse X O **4–5** siue . . . siue R^3 : sine . . . sine X O **6** minacis R^1 : mina ei X O **7** insula uegeladas O **8** traciam R^3 : tractam X O tracem D^2 tracia *Thomson* **9** simam O

ubi iste post phaselus antea fuit 10
comata silva; nam Cytorio in iugo
loquente saepe sibilum edidit coma.
Amastri Pontica et Cytore buxifer,
tibi haec fuisse et esse cognitissima
ait phaselus: ultima ex origine 15
tuo stetisse dicit in cacumine,
tuo imbuisse palmulas in aequore,
et inde tot per impotentia freta
erum tulisse, laeva sive dextera
vocaret aura, sive utrumque Iupiter 20
simul secundus incidisset in pedem:
neque ulla vota litoralibus diis
sibi esse facta, cum veniret a mari
novissimo hunc ad usque limpidum lacum.
Sed haec prius fuere; nunc recondita 25
senet quiete seque dedicat tibi,
gemelle Castor et gemelle Castoris.

5

Vivamus, mea Lesbia, atque amemus,

25–27 Char. gramm., I 252 K (= p. 330 Barwick); Prisc., inst. 9,49; Diom., I p. 344 K; cf. Hor., epod. 17,42–43.

11 cytorio η λ : citeorio X citherio R^4 citeono O **13** cytore η : cithori R^2 D^2 citheri X O **14** cognitissima R^2 D^2 *Parm.* : cognotissima X O **17** tuas X **20** uocaret aura R^4 α : uocare cura X O **22** deis *Ven. Guar. Scaliger et al.* **23** a mari R^3 α : amaret X O ad mare λ **24** nouissimo D^1 ζ η : nouissime X O *de Saint-Denis Fordyce* **25** haec D : hoc (h'O) X O **27** castor R^3 *in ras.* D *Diom.* : castrum X m O castorum X^2 m^2.

c. 5 – A. Ramminger, Motivgeschichtliche Studien zu Catulls

rumoresque senum severiorum
omnes unius aestimemus assis.
Soles occidere et redire possunt;
nobis cum semel occidit brevis lux, 5
nox est perpetua una dormienda.
Da mi basia mille, deinde centum,
dein mille altera, dein secunda centum,
deinde usque altera mille, deinde centum;
dein, cum milia multa fecerimus, 10
conturbabimus illa, ne sciamus,
aut ne quis malus invidere possit,
cum tantum sciat esse basiorum.

Basiagedichten. Mit e. Anh.: Aus dem Nachleben der Catullischen Basiagedichte, Würzburg 1937. Diss. Tübingen 1937. – F. Stoessl, Die Kußgedichte des Catull und ihre Nachwirkung bei den Elegikern, WSt 63. 1948 : 1949, p. 102–116. – W. C. Grummel, Vivamus, mea Lesbia, CB 31, 1954, p. 19 et 21. – R. Pack, Catullus, Carmen 5; abacus or finger-counting, AJPh 77, 1956, p. 47–51. – N. T. Pratt, Jr., The numerical Catullus 5, CPh 51, 1956, p. 99–100. – R. E. Grimm, Catullus 5 again, CJ 59, 1963–1964, p. 15–22. – A. Klinz, Horaz, Carm. 1, 9 und Catull Carm. 5: Deutung und Vergleich, AU 10, 1, 1967, p. 34–41. – C. Segal, Catullus 5 and 7: a study in complementaries, AJPh 89, 1968, p. 284–301. – E. A. Fredricksmeyer, Observations on Catullus 5, AJPh 91, 1970, p. 431–445.

1 Ov., trist. 2,427; Apul., apol. 10 **2** Lucan. 6,453sq. **7sq.** Mart. 6,34,7; 11,6,14; 12,59,1sq. **13** Priap. 52,12.

3 estinemus O extimemus G R **8** dein mille *Calph.* : deinde mi X[2] m D[2] deinde mille R O ?G | dein *Ald.*[1] da G[2] R[3] m deinde G O ?R **10** dein η : deinde X O | cum *codd.* : ubi R[3] **11** conturbabimus θ : conturbauimus X O **14** tantum R[3] : tantus X O | sciat *codd.* : sciet *Priap. 52,12 Buecheler P. Oksala.*

6

Flavi, delicias tuas Catullo,
ni sint illepidae atque inelegantes,
velles dicere, nec tacere posses.
Verum nescioquid febriculosi
scorti diligis: hoc pudet fateri. 5
Nam te non viduas iacere noctes
nequiquam tacitum cubile clamat
sertis a*c* Syrio fragrans olivo,
pulvinusque peraeque et hic et illic
attritus, tremulique quassa lecti 10
argutatio inambulatioque.
Nam ni*l* ista valet, nihil, tacere.
Cur? non tam latera ecfututa pandas,
nec tu quid facias ineptiarum.
Quare quicquid habes boni malique, 15
dic nobis; volo te ac tuos amores

c. **6** – I. B. Pighi, Emendationes Catullianae, RhM N. F. 94, 1951, p. 42–45. – H. Fuchs, Zu Catulls Gedicht an Flavius (c. 6), MH 25, 1968, p. 54–56. – S. V. Tracy, Argutiinambulatioque (Catullus 6, 11), CPh 64, 1969, p. 234–235.

2 ni θ *Calph.* : ne X O nei *Lachmann edd.* **7** nequicquam X nequid quam O **8** sertisque *Ellis* | ac syrio *Avant. Ellis edd.* : asirio X O assyrio D *Lenchantin* et syrio *Ald.*^{1} | fragrans D *Ital.* : flagrans X O clamans A **9** hic et illic *Ital. Ven. Paratore Pighi* (illi) : hic et ille X^2 m^2 *Parm.* hec (h' O) et illo X O **12** nil ista ualet *Lachmann* : ni ista (inista O) preualet X O in ista placet λ mi praeualet ista *Ald.*^{1} nil stupra ualet *Scaliger Haupt* ni ista ipse valet *B. Schmidt Baehrens* nil ista pudet *Pighi* instans prava valet *P. Oksala* | tacere X O *Ald.*^{1} : taceres *Ven.* fateri *Pighi* **13** lacera R^4 | ecfututa *Lachmann* : exfututa D^3 *Ven.* et futura X O D | pandas D ζ η : panda X O **14** ni *A. Guar. edd.* nei *Marcilius* **15** quidquid O | bonique O

7

ad caelum lepido vocare versu.
Quaeris quot mihi basiationes
tuae, Lesbia, sint satis superque.
Quam magnus numerus Libyssae arenae
lasarpiciferis iacet Cyrenis,
oraclum Iovis inter aestuosi 5
et Batti veteris sacrum sepulcrum,
aut quam sidera multa, cum tacet nox,
furtivos hominum vident amores,
tam te basia multa basiare
vesano satis et super Catullo est, 10
quae nec pernumerare curiosi
possint nec mala fascinare lingua.

8

Miser Catulle, desinas ineptire,
et quod vides perisse perditum ducas.

17 uersu G² R³ m D : uersum X O.

c. 7 – A. Ramminger cf. c. 5. – C. Segal cf. c. 5.

1 quot α : quod X O quo m **4** lasarpici feris X m : lasarpici fecis O (fretis X²) | iaces O | cyrenis G³ R² m² : tyrenis G² R m O tyrrenis G **5** oraclum R³ : oradum X O **6** batti D¹ *Rom.* : beati X O beari X² bati λ θ R³ **9** basia X² m² D : basiei X m O.

c. 8 – H. R. Rebert, Obdura – a dramatic monologue, CJ 26, 1930–1931, p. 287–292; etiam in Antike Lyrik, Darmstadt 1970. – E. Fraenkel, Two poems of Catullus, JRS 51, 1961, p. 46–53.

Fulsere quondam candidi tibi soles,
cum ventitabas quo puella ducebat
amata nobis quantum amabitur nulla. 5
Ibi illa multa tum iocosa fiebant,
quae tu volebas nec puella nolebat.
Fulsere vere candidi tibi soles.
Nunc iam illa non volt; tu quoque, inpote*ns*, ⟨noli⟩,
nec quae fugit sectare, nec miser vive, 10
sed obstinata mente perfer, obdura.
Vale, puella. Iam Catullus obdurat,
nec te requiret nec rogabit invitam;
at tu dolebis, cum rogaberis nulla.
Scelesta, *va*e te, quae tibi manet vita? 15
quis nunc te adibit? cui videberis bella?
quem nunc amabis? cuius esse diceris?
quem basiabis? cui labella mordebis?
At tu, Catulle, destinatus obdura.

9

Verani, omnibus e meis amicis

– R. L. Rowland, Miser Catulle, an interpretation of the eighth poem of Catullus, G & R Ser. 2, 13, 1966, p. 15–21. – H. Gugel, Catull, carmen 8, Athenaeum 45, 1967, p. 278–293. – H. Akbar Khan, Style and meaning in Catullus'eighth poem, Latomus 27, 1968, p. 555–574.

4 quo X^2 m : quod X O **6** tum G R^2 m : cum R O **9** uult G O | impotens R^3 : inpote O impote X m | noli *add. Avant.* **15** uae *B. Venator* : ne X O (ne teque) | quae te, uae tibi *Froehlich* **16** adhibit O **18** cui G R^1 D : cum O *?*R.

c. 9 – **1** uerani ζ : ueranni X O | e *om.* O D

antistans mihi milibus trecentis,
venistine domum ad tuos penates
fratresque unanimos anumque matrem?
Venisti. O mihi nuntii beati! 5
Visam te incolumem audiamque Hiberum
narrantem loca, facta, nationes,
ut mos est tuus, applicansque collum
iucundum os oculosque suaviabor.
O quantum est hominum beatiorum, 10
quid me laetius est beatiusve?

10

Varus me meus ad suos amores
visum duxerat e foro otiosum,
scortillum, ut mihi tum repente visum est,
non sane illepidum neque invenustum.
Huc ut venimus, incidere nobis 5
sermones varii, in quibus, quid esset

2 antistans *Avant.* : antistas X O *P. Oksala* antistes R[3] α *Ven. Calph.* **4** unanimos D η : uno animo X O unanimes R[3] | anumque *Faernus* : suamque X m *Ven.* sanamque (sanam *supra* matrem G[2]) X[2] m[2] O piamque λ **9** suauiabor R[4] D ζ η : suabior X O.

c. **10** – W. B. Sedgwick, Catullus X: a rambling commentary, G & R 16, 1947, p. 108–114. – V. Coulon, Observations critiques et exégétiques, RhM N. F. 99, 1956, p. 248–249. – E. Fraenkel, Horace, Oxford 1957, p. 114 sq.

1 uar(r)us D[2] γ : uarius X O ueranius D | meus X[2] : mens X (meus *ex* mens ? G) O **3** tum G R[2] D : tunc R O

iam Bithynia, quo modo se haberet,
et quonam mihi profuisset aere.
Respondi id quod erat, nihil neque ipsis
nec praetoribus esse nec cohorti, 10
cur quisquam caput unctius referret,
praesertim quibus esset irrumator
praetor, nec faceret pili cohortem.
«At certe tamen», inquiunt, «quod illic
natum dicitur esse, comparasti 15
ad lecticam hominis.» Ego, ut puellae
unum me facerem beatiorem,
«Non», inquam, «mihi tam fuit maligne,
ut, provincia quod mala incidisset,
non possem octo homines parare rectos.» 20
At mi nullus erat nec hic neque illic
fractum qui veteris pedem grabati
in collo sibi collocare posset.
Hic illa, ut decuit cinaediorem,
«Quaeso», inquit, «mihi, mi Catulle, paulum 25
istos commoda; nam volo ad Serapim
deferri.» «Mane», inqui*i* puellae;

7 arbithima O | se R² : posse X O **8** et quonam X² m² D² : et quoniam X O ecquonam *Stat.* | aere ζ : here X O **9** neque ipsis R² D² λ *Ven.* : neque nec in ipsis X m² O neque ipsis non G² neque in ipsis G¹ m D nec ipsis ζ η *Parm.* **10** nec¹ *om.* R m : nunc *Westphal* **11** referet R **13** nec X² m² O : non X m **16** lecticam D *Ven.* : leticam (leticiam G) X O **17** beatorem O **22** qui D λ θ : (fractum) que X O **24** decuit D² θ : docuit X O **26** istos : commoda nam uolo . . . *sic interpunx. Lenchantin, adprob. Granarolo* | com(m)oda X D : comodam O commodum (enim) *Hand Fraenkel* | serapim G² R m : sarapim G serapini O **27** deferri X² D *Ital.* : deserti X O | inquii *Stat. Scaliger* : me inquit (–d) X O

«Istud quod modo dixeram me habere,
fugit me ratio; meus sodalis,
C*i*nna est Ga*iu*s, is sibi paravit. 30
Verum, utrum illius an mei, quid ad me?
Vtor tam bene quam mihi pararim.
Sed tu insulsa male ac molesta vivis,
per quam non licet esse neglegentem.»

11

Furi et Aureli, comites Catulli,
sive in extremos penetra*b*it Indos,
litus ut longe resonante Eoa
tunditur unda,

30 cinna est caius D[4] *Parm.* : cuma est grauis X O cumas e. g. *Ven.* cynna est g. λ | uer utrum G **31** ad R[3] D : a me (ame) X O **32** paratum D pararem *Ven.* paratis *Stat.* **33** tu insulsa R[3] D[1] *Ven.* : tu insula X D tulsa O tu salsa *Schrader* | ac : et G O.

c. **11** – N. I. Herescu, Autour de l'ironie de Catulle, RCl 13/14, 1941–1942, p. 128–137. – E. L. B. Meurig-Davies, Catullus and Statius: four notes, CQ 44, 1950, p. 31. – G. Pennisi, Catullo e il carme dei „non bona dicta", Helikon 1, 1961, p. 127–138. – L. Richardson, Jr., Furi et Aureli, comites Catulli, CPh 58, 1963, p. 93–106. – A. Dinoi, Il carme 11 del Liber Catullianus, Annuario Liceo G. Palmieri 1963–1966, p. 75–115. – T. E. Kinsey, Catullus 11, Latomus 24, 1965, p. 537–544. – V. Buchheit, Der Anspruch des Dichters in Vergils Georgika, Darmstadt 1972, p. 128–132.

2 penetrabit *Parm.* : penetrauit *codd.* **3** ut X O : ubi R[1] *in ras.* *Ital.* | resonans *Stat.* | coa O

sive in Hyrcanos Arabasve molles, 5
seu Sagas sagittiferosve Parthos,
sive quae septemgeminus colorat
aequora Nilus,

sive trans altas gradietur Alpes,
Caesaris visens monimenta magni, 10
Gallicum Rhenum, horribilesque ulti-
mosque Britannos,

omnia haec, quaecumque feret voluntas
caelitum, temptare simul parati,
pauca nuntiate meae puellae 15
non bona dicta:

cum suis vivat valeatque moechis,
quos simul complexa tenet trecentos,
nullum amans vere, sed identidem omnium
ilia rumpens; 20

nec meum respectet, ut ante, amorem,
qui illius culpa cecidit velut prati
ultimi flos, praetereunte postquam
tactus aratro est.

5 arabasue O : arabaesque G arabesque R D **6** seu θ : siue X O | sagas D α : sagax X O sacas *Ven.* **7** qua η *Lachmann* **8** (a)equora X : epra O **9** siue X : sui O **11–12** horribilesque |ultimosque X (h. ulti-|mosque ||||| G) O : horribiles ultimosque m horribile (a)equor ulti|mosque R[2] *Haupt Mynors* horribiles et ulti|mosque *Ven. Calph. Zicàri* horribilem orbis ultimosque *G. Pennisi* horribilem gelu ultimosque *Hudson-William* h. niue u. *Meurig Davies* h. usque in u. *Ronconi* **13** feret η *Ven.* : fere X O **14** tentare G **15** nunciare O **22** qui D : cui X O.

12

Marrucine Asini, manu sinistra
non belle uteris: in ioco atque vino
tollis lintea neglegentiorum.
Hoc salsum esse putas? fugit te, inepte;
quamvis sordida res et invenusta est. 5
Non credis mihi? crede Pollioni
fratri, qui tua furta vel talento
mutari velit; est enim leporum
disertus puer ac facetiarum.
Quare aut hendecasyllabos trecentos 10
expecta aut mihi linteum remitte;
quod me non movet aestimatione,
verum est *mne* mos *y* num mei sodalis.
Nam sudaria Saetaba ex Hiberis
miserunt mihi muneri Fabullus 15
et Veranius; haec amem necesse est
ut Veraniolum meum et Fabullum.

c. 12 – C. Deroux, Le c. 12 de Catulle et une tablette d'exécration, Ludus Magistralis 4, 1969, p. 8–14.

1 marrucine *Parth.* : matrucine X O atrucine D **2** uteris : *sic distinguunt* X D² | loco X² O **4** salsum G R² O : falsum (al' salsum O) G² R O (O *prima manu duas habet lectiones*) | fug̃ O **7** frater O **8** uoluit O **9** disertus X diss– O : differtus *Passerat Mynors Skutsch* **12** monet extim– O **13** est mnemosynon *Calph.* : est nemo sinum X nemo est sinum O **14** setaba D³ : sethaba X settaba O thessala D talia λ | ex hiberis D² *Ven.* (–eis *Lachmann*) : exhibere X O ex hibero η **15** muneri X² m² D λ : numeri X m O **16** amem D A : ameni G O almeni R **17** ut θ : et X O *Ven.*

13

Cenabis bene, mi Fabulle, apud me
paucis, si tibi di favent, diebus,
si tecum attuleris bonam atque magnam
cenam, non sine candida puella
et vino et sale et omnibus cachinnis. 5
Haec si, inquam, attuleris, venuste noster,
cenabis bene; nam tui Catulli
plenus sacculus est aranearum.
Sed contra accipies meros amores
seu quid suavius elegantiusve est; 10
nam unguentum dabo, quod meae puellae
donarunt Veneres Cupidinesque,
quod tu cum olfacies, deos rogabis,
totum ut te faciant, Fabulle, nasum.

14

Ni te plus oculis meis amarem,

c. **13** – M. Schuster, Zur Auffassung von Catulls 13. Gedicht, WS 44, 1924/25: 1925, p. 227–234. – V. Bongi, Note critiche sul carme XIII di Catullo, Aevum 17, 1943, p. 228–236. – D. W. T. C. Vessey, Thoughts on two Poems of Catullus: 13 and 30, Latomus 30, 1971, p. 45–55.

2 dii G O *(sic et alio loco)* **6** inquam A : unquam X O **8** sacculus D *Ital.* : saculus X O **9** meos O **10** quid γ *Ven.* : qui X O quod X[2] D.

c. **14** – E. Fraenkel, Catulls Trostgedicht für Calvus, WS 69, 1956, p. 280 sq. = Fraenkel, Kleine Beiträge zur Klass. Philologie, Roma 1964, Vol. 2, p. 106. – V. Buchheit (cf. c. 36), p. 312 sq.

1 Maec., fragm. 2b
1 ni δ *Ven.* : ne X e O nei *Lachmann edd.*

iucundissime Calve, munere isto
odissem te odio Vatiniano;
nam quid feci ego quidve sum locutus,
cur me tot male perderes poetis? 5
Isti di mala multa dent clienti,
qui tantum tibi misit impiorum.
Quod si, ut suspicor, hoc novum ac repertum
munus dat tibi Sulla litterator,
non est mi male, sed bene ac beate, 10
quod non dispereunt tui labores.
Di magni, horribilem et sacrum libellum!
Quem tu scilicet ad tuum Catullum
misti, continuo ut die periret
Saturnalibus, optimo dierum. 15
Non non hoc tibi, false, sic abibit;
nam, si luxerit, ad librariorum
curram scrinia, Caesios, Aquinos,
Suffenum, omnia colligam venena,
ac te his suppliciis remunerabor. 20
Vos hinc interea, valete, abite
illuc unde malum pedem attulistis,
saecli incommoda, pessimi poetae.

9 Mart. Cap. 3, 229 **15** Macr. 2, 1, 18.

3 uatiniano O D : uaciniano X m **5** male η *Ven.* : malis X O **6** dent D² ζ η *Ven.* : dant X O D **9** sulla A : si illa X O sylla *Ital. Ven.* **10** mi η : mi(c)hi X O **14** misti η *Ven.* : misisti X O **15** optimo X² m² D³: opimo X m D oppinio O **16** hoc γ δ A : hec (h' O) X O hee *Ven.* | false G² R m O D : salse G R² | sic γ δ A: fit G O sit R m | abibit G² m : adbibit X (d *exp.* R) adhibit O **17** luxerit G² R O : luserit G **18** curram δ : cur tam X curam O | scrinia G O : scrinea R G (²?) m **19** suffenum D² *Ven.* : suffenam X O **20** ac D² α *Ven.* : hac X O at D (*ut vid.*) | te his supplic(t)iis X : tibi hiis supplitus O **23** secli η *Ven.* : seculi X O.

14 b

Si qui forte mearum ineptiarum
lectores eritis manusque vestras
non horrebitis admovere nobis
. . . .

15

Commendo tibi me ac meos amores,
Aureli. Veniam peto pudentem,
ut, si quicquam animo tuo cupisti,
quod castum expeteres et integellum,
conserves puerum mihi pudice, 5
non dico a populo, — nihil veremur
istos, qui in platea modo huc modo illuc
in re praetereunt sua occupati, —
verum a te metuo tuoque pene
infesto pueris bonis malisque. 10
Quem tu qua lubet, ut *l*ubet, moveto
quantum vis, ubi erit foris paratum;
hunc unum excipio, ut puto, pudenter,

c. 14b – *a praecedenti carmine hos versus seiunxerunt B. Guarinus et Avantius. Adnotator codicis Parisini lat. 8458 saec. XV exeuntis scripsit de hisce tribus vv.: «in codice antiquo non leguntur hic»; similiter cod. Romanus Corsinianus 43 D. 20, ut Mynors adfirmat.*

c. 15 – L. Richardson cf. c. 11.

8 occupari O **10** bonis η *Ven.* : bonisque X O **11** qualibet O | ut lubet *edd. e* qualubet *antecedenti* : ut iubet G R² m² D *om.* R m ut al' iubet O ut libet *Ven.*| moneto O **13** pudenter G² R m O : prudenter G R² m²

quod si te mala mens furorque vecors
in tantam impulerit, sceleste, culpam, 15
ut nostrum insidiis caput lacessas,
a tum te miserum malique fati!
Quem attractis pedibus patente porta
percurrent raphanique mugilesque.

16

Pedicabo ego vos et irrumabo,
Aureli pathice et cinaede Furi,
qui me ex versiculis meis putastis,
quod sunt molliculi, parum pudicum.
Nam castum esse decet pium poetam 5
ipsum, versiculos nihil necesse est,
qui tum denique habent salem ac leporem,
si sunt molliculi ac parum pudici
et quod pruriat incitare possunt
non dico pueris, sed his pilosis 10
qui duros nequeunt movere lumbos.
Vos, quod milia multa basiorum

16 nostrum G : nostrorum R O **17** a *Stat.* : ah R² m G ha R O | tum X² m² A *Ital.* : tamen (tñ O) X m O.

c. **16** – T. E. Kinsey, Catullus 16, Latomus 25, 1966, p. 101–106. — H. D. Rankin, A Note on Some Implications of Catullus 16, 11–13, Latomus 29, 1970, 119–121. – G. N. Sandy, Catullus 16, Phoenix 25, 1971, p. 51–57.

5–6 Apul., apol. 11 **5–8** Plin., epist. 4, 14, 5.

1 pedicabo β A *Ven.* : dedicabo X m O **3** me X² m D : mi X O **4** quod X D : quot G² qui D⁴ **7** tum X² m² D : tamen (tñ O) X m O tunc *Plinius* | ac X O : et *Plinius* **8** sunt *Plinius* : sint X O | ac X O : et *Plinius* **12** uos quod *cod. Flor. Laur. 33–12 Parm.* : uosque X m hosque R² m² O quodque R² m² uos qui D² A *Ven. Ellis (ed. 1867) Kroll.*

legistis, male me marem putatis?
pedicabo ego vos et irrumabo.

17

O colonia, quae cupis ponte loedere longo,
et salire paratum habes, sed vereris inepta
crura ponticuli *ax*ulis *s*tantis in redivivis,
ne supinus eat cavaque in palude recumbat;
sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat, 5
in quo vel sali subsili sacra suscipiant*ur*,
munus hoc mihi maximi da, colonia, risus.
Quendam municipem meum de tuo volo ponte
ire praecipitem in lutum per caputque pedesque,

14 pedicabo β A : dedicabo X O.

c. **17** – R. Heine cf. c. 2. – J. Ruttor, A further note on Catullus 17, CW 60, 1967, p. 269–270. – H. D. Rankin, A note on Catullus 17, Latomus 27, 1968, p. 418–420. – H. Akbar Khan, Image and Symbol in Catullus 17, CPh 64, p. 88–97. – J. P. Cèbe-P. Veyne, Remarques sur le poème 17 de Catulle, Hommages à M. Renard, Bruxelles 1969, vol. 1, p. 238–249. (Coll. Latomus. 101.) – J. Glenn, Fossa in Catullus' simile of the cut tree (17, 18–19), CPh 65, 1970, 256–257.

1 o colonia quae D³ : o culoniaque A δ o culonia quae D⁴ θ ocule (oculo O) in aque X O D | loedere *Scaliger* : ledere X O *Ven.* ludere *Rom.* laedere *Lenchantin* **3** axulis *Schwabe* : ac sulcis X O assulis *Stat.* axuleis *Schwabe* acsuleis *Ellis* assuleis *Frieddrich* arculeis *Lafaye* | stantis *Stat.* : tantis X O **4** canaque O **6** sali subsili G O *Birt Lenchantin Paratore* : sali subsali R m D sali sub scili m² *Ital.* salisubsili *Passerat* salisubsali *Bergk Mynors* ludicra sublici *Pighi qui* vel *del.* | suscipiantur *Avant.* : suscipiant X O

verum totius ut lacus putidaeque paludis 10
lividissima maximeque est profunda vorago.
Insulsissimus est homo, nec sapit pueri instar
bimuli tremula patris dormientis in ulna.
Cui cum sit viridissimo nupta flore puella,
et puella tenellulo delicatior haedo, 15
adservanda nigerrimis diligentius uvis,
ludere hanc sinit ut lubet, nec pili facit uni,
nec *s*e sublevat ex sua parte, sed velut alnus
in fossa Liguri iacet su*p*per*n*ata securi,
tantundem omnia sentiens quam si nulla sit usquam, 20
talis iste meus stupor nil videt, nihil audit,
ipse qui sit, utrum sit an non sit, id quoque nescit.
Nunc eum volo de tuo ponte mittere pronum,
si pote stolidum repente excitare veternum,
et supinum animum in gravi derelinquere caeno, 25
ferream ut soleam tenaci in voragine mula.

[18–20]

10 putidae θ D³ : pudice X O putride L | paludis η L : paludes X O **14** cui cum *Pall.* : cui iocum X O quoi cum *Scaliger Lafaye* quoi θ **15** et δ A : ut X O **17** uni X O : uim R² **18** se *Ven.* : me X O D | aluus O **19** suppernata *Festus 396,27 L Stat.* : superata X O separata *Ital. Ven.* **21** merus *Passerat Smyth* nil *Ital. Ven.* : ni(c)hil X O D **22** quid G² m **23** eum *Ital.* : cum X D³ uolo O tum D **24** pote stolidum *Victorius* : potest olidum X O | excitare D ζ η : exitare X O *Traube Lenchantin Pighi* **25** derelinquere O : delinquere X D **26** mula O D : mulla X.

[**c. 18–20**] – *hic inseruit Muretus a. 1554 tria carmina: c. 117 nostrae editionis et carmina 85–86 Priap. corporis (= Catal. Verg. pr. 2, 3, ed. A. Salvatore); quae extrusit Lachmann a. 1829.*

J. W. Zarker, Catullus 18–20, TAPhA 93, 1962, p. 502–522.

21

Aureli, pater esuritionum,
non harum modo, sed quot aut fuerunt
aut sunt aut aliis erunt in annis,
pedicare cupis meos amores.
Nec clam; nam simul es, iocaris una, 5
haerens ad latus omnia experi*ri*s.
Frustra; nam insidias mihi instruentem
tangam te prior irrumatione.
Atque id si faceres satur, tacerem.
Nunc ipsum id doleo, quod esurire, 10
⟨a⟩! meme, puer et sitire discet.
Quare desine, dum licet pudico,
ne finem facias, sed irrumatus.

22

Suffenus iste, Vare, quem probe nosti,

c. **21** – **1** es(s)uritionum *Ital. Bergk edd.* : exuricionum X O **4** pedicare D A *Ven.* : dedicare X O **5** es i. D : exiocaris X O et i. D^3 *Ven.* **6** haeres *Muretus Vossius* | experiris *Rom.* : experibis G^2 R m^2 O experibus G m **8** irrumatione ζ η : irruminatione X O **9** id si δ A : ipsi X O (atqui) si λ *Ald.*[1] **10** esurire O^1 *Ven.* : exurire X m esuriere (e^2 *expunx.*) O essurire *Bergk* **11** ah me me *Scaliger Haupt* : me me X m O ne me λ nemeus *Ven.* meus iam *Parm. Quinn* meus mi *B. Venator Schwabe* ne meus *Stat.* a temet *Froehlich* uae me mi *Lenchantin* uae meme *Friedrich* hic meus *Giri* mellitus *Hand Ellis Wiman* a te mi (mei) *Munro Kroll Schuster* me minus *P. Oksala* **12** desine θ : desinat X O **13** ne η λ *Ven.* : nec X O nei *Baehrens Lafaye* | facias finem O irrumatus *Ven.* : irruminatus sum X O.

c. **22** – P. Ruffel-J. Soubiran, Vitruve ou Mamurra, Pallas 11, 1962 (1964), p. 123–179.

homo est venustus et dicax et urbanus,
idemque longe plurimos facit versus.
Puto esse ego illi milia aut decem aut plura
perscripta, nec sic ut fit in palimpse*s*to*n* 5
relata: cartae regiae, nov*i* libri,
novi umbilici, lora rubra membranae
de*r*ecta plumbo et pumice omnia aequata.
Haec cum legas tu, bellus ille et urbanus
Suffenus unus caprimulgus aut fossor 10
rursus videtur: tantum abhorret ac mutat.
Hoc quid putemus esse? qui modo scurra
aut si quid hac re tritius videbatur,
idem infaceto est infacetior rure,
simul poemata attigit, neque idem umquam 15
neque est beatus ac poema cum scribit;
tam gaudet in se tamque se ipse miratur.
Nimirum idem omnes fallimur, neque est quisquam
quem non in aliqua re videre Suffenum
possis. Suus cuique attributus est error; 20
sed non videmus manticae quod in tergo est.

21 Porph. Hor. sat. 2,3,299.

3 idemque G m^2 O : itemque R G^2 m **5** sic D δ : sit X O | palimpseston *Marcilius* (–um *Heinsius*) : palmisepto X O palipsesto *Ven.* palimpsesto *Parm. Ellis* **6** noui *Parm.* : noue X O nouem β *Rom.* **7** membranae *Munro edd.* membrane X O *Ven.* : membrana *Avant.* **8** derecta *Stat.* : detecta X O *Ven.* accepta λ **13** tritius *Pontanus Lachmann Ellis Schuster* : tristius (ac retristius O) X O (hoc) retritius *Scaliger* cultius *Ellis (dubit.)* tersius *Munro* scitius *L. Mueller Kroll Mynors* **14** infacetior θ : infaceto X O **15** neque: uel neque nec O **16** ac β *Ven.* : ha X O at λ **17** tamque R^1 m D^2 : tam quam X O D **18** nec O.

23

Furi, cui neque servus est neque arca
nec cimex neque araneus neque ignis,
verum est et pater et noverca, quorum
dentes vel silicem comesse possunt,
est pulcre tibi cum tuo parente 5
et cum coniuge lignea parentis.
Nec mirum; bene nam valetis omnes,
pulcre concoquitis, nihil timetis,
non incendia, non graves ruinas,
non facta impia, non dolos veneni, 10
non casus alios periculorum.
Atqui corpora sicciora cornu
aut si quid magis aridum est habetis
sole et frigore et esuritione.
Quare non tibi sit bene ac beate? 15
A te sudor abest, abest saliva,
mucusque et mala pituita nasi.
Hanc ad munditiem adde mundiorem,
quod culus tibi purior salillo est,

c. 23–42 *in codicibus Flor. Laurent. 33,13 et Ottobon. 1799 et 1982 inter carmen 60 et carmen 61 collocantur.*

c. 23 – E. Fraenkel, nam satis beatus, MH 23, 1966, p. 114–117.

1 furi β λ *Mynors* : furei X O *edd.* | seruus X² *Ital.* : seruo X O **2** neque¹ D: animal neque X al' neque O **7** nec G R² m² : ne R m O ni G² D **9** minas R O **10** fata G² furta *anon. in marg. edd. Ald.*¹ *Ald.*² *in bibl. Marc. (4020, 4021) servatarum Haupt* **12** atqui η : aut qui X O ut qui *Stat. Pighi* **13** magis aridum λ *Ven.* : a. m. X O **15** si X m **16** abest² *om.* O **17** muc(c)usque ζ η : muccusue X *Pighi* muctusue O **19** culus G R² m D : cuius G² R m² O

nec toto decies cacas in anno, 20
atque id durius est faba et lapillis;
quod tu si manibus teras fricesque,
non umquam digitum inquinare posses.
Haec tu commoda tam beata, Furi,
noli spernere nec putare parvi. 25
Et sestertia quae soles precari
centum desine: nam satis beatus.

24

O qui flosculus es Iuventiorum,
non horum modo, sed quot aut fuerunt
aut posthac aliis erunt in annis,
mallem divitias Mid*ae* dedisses
isti, cui neque servus est neque arca, 5
quam sic te sineres ab illo amari.
«Qui? non est homo bellus?» inquies. Est;
sed bello huic neque servus est neque arca.
Hoc tu quam lubet abice elevaque;
nec servum tamen ille habet neque arcam. 10

21 lupillis *Gulielmius* **23** possis *Ital. Froehlich* **24** tu η : tua X O **27** satis beatus X O *Ven. Fraenkel* : satis beatu's *Bergk Granarolo* sat es beatus *Calph. Kroll Schuster Mynors.*

c. **24** – **1** es η D² : est X O D **2** quot β : quod X O **4** midae dedisses *Vossius* : mi dedisses X mi dededisses O mihi dedisses λ *Ital.* **5** cui X² m² D : qui X m O | neque¹ G R² m² : nec G² R m O | neque² G R² m O : nec R **7** quid O **9** h' O hec G | quam R m O : qua G R² m².

25

Cinaede Talle, mollior cuniculi capillo
vel anseris medullula vel imula oricilla
vel pene languido senis situque araneoso,
idemque Talle turbida rapacior procella
cum diva mulier*ar*ios ostendit oscitantes, 5
remitte pallium mihi meum, quod involasti,
sudariumqne Saetabum catagraphosque Thynos,
inepte, quae palam soles habere tamquam avita.
Quae nunc tuis ab unguibus reglutina et remitte,
ne laneum latusculum manusque mollicellas 10
in*usta* turpiter tibi flagella conscribillent,
et insolenter aestues velut minuta magno
deprensa navis in mari vesaniente vento.

c. **25** – J. Colin, L'heure des cadeaux pour Thallus le Cinède (Catulle, 25), REL 32, 1954, p. 106–110. – J. Granarolo, L'heure de la vérité pour Tallus le cinède, REA 60, 1958, p. 290–306. – M. C. J. Putnam, Catullus 25. 5, CPh 59, 1964, p. 268–270. – L. A. McKay, Catullus 25. 5, CPh 61, 1966, p. 110–111. – O. Bianco, Il personaggio del c. 25 di Catullo, In memoriam E. V. Marmorale, Napoli 1967, vol. 1, p. 39–48. – R. Verdière, La déesse de Tallus, Hommages à M. Renard, Bruxelles 1969, vol. 1, p. 751–757. (Coll. Latomus. 101.)

1 talle X O *Ven. della Corte* : thalle *Parth. edd.* **2** medulla X m | oricilla *Scaliger* : moricilla G R^2 m^2 D moricula R m O **3** araneoso G^3 R^2 m^2 D : arancoroso X m anracoroso O **5** diua X O : Luna *Heyse* | mulierarios *Haupt Weinreich Pighi Verdière* : mulier alios G R^2 mulier aues G^2 R mulier aries X^2 m O D munerarios *Lachmann* balnearios *Riese* uestiarios *Lafaye* mulicurios *Clayton* | ostendit G^2 R m : ostendet G O offendit *Ellis* tetendit *Herzog* intendit *Colin* **7** saetabum *Parm.* : saethabum G sathabum R m O sethabum R^2 m^2 **10** natisque *Scaliger* **11** inusta *Calph.* : insula X O | conscribillent *Ven.* : conscribilent X O **12** minuta D^2 ε : inimica X O D **13** deprensa O D : deprehensa X.

26

Furi, villula nostra non ad Austri
flatus opposita est neque ad Favoni
nec saevi Boreae aut Apheliotae,
verum ad milia quindecim et ducentos.
O ventum horribilem atque pestilentem! 5

27

Minister vetuli puer Falerni,
inger mi calices amariores,
ut lex Postumiae iubet magistrae

c. **26** – E. Linkomies, Catullus c. 26, Arctos 2, 1931, p. 71–72.

1 nostra X D *Ven. Ellis* : uestra O *Parm. edd.* | *v.* **2** *om.* O | fauoni D : fauonii X | trecentos R[4].

c. **27** – J. D. P. Bolton, Merus Thyonianus, CR N. S. 17 (= 81), 1967, 12.

1–4 Gell. 6,20,6 : Catullus quoque elegantissimus poetarum in hisce versibus «minister vetuli . . . magistrae / ebria acina (ebriose ac in *codd.*) ebriosioris», cum dicere «ebrio» (ebriosi *codd.*) posset, quod erat usitatius acinum in neutro genere appellare, amans tamen hiatus illius Homerici suauitatem «ebriam» (ebriosam *codd.*) dixit propter insequentis «a» litterae concentum. Qui «ebriosa» (ebrios *codd.*) autem Catullum dixisse putant aut «ebrioso» (ebriosos *codd.*), – nam id quoque temere scriptum invenitur, – in libros scilicet de corruptis exemplaribus factos inciderunt (*Haupt, opusc., 2,123; P.K.Marshall, Gellii N.A., Oxford 1968*).
2 inger *Gell. Parth.* : ingere X O.

ebri*a* acin*a* ebriosioris.
At vos quo lubet hinc abite, lymphae, 5
vini pernicies, et ad severos
migrate; hic merus est Thyonianus.

28

Pisonis comites, cohors inanis
aptis sarcinulis et expeditis,
Verani optime tuque, mi Fabulle,
quid rerum geritis? satisne cum isto
vappa frigoraque et famem tulistis? 5
ecquidnam in tabulis patet lucelli
expensum, ut mihi, qui meum secutus
praetorem refero datum lucello?
O Memmi, bene me ac diu supinum
tota ista trabe lentus irrumasti! 10
Sed, quantum video, pari fuistis
casu; nam nihilo minore verpa
farti estis. Pete nobiles amicos!
At vobis mala multa di deaeque
dent, opprobria Romulei Remique. 15

4 ebria *Haupt Marshall Gellium corrigentes* : ebriose X O *Gellii codd.* ebrioso *Munro Mynors Pöschl* ebriosa *Parth. Cazzaniga* | acina *Parth. Schuster Haupt Marshall* : acino X O *edd.* **5** at G R² m : ad R O | quo lubet θ D² *Calph.* : quod iubet X O D.

c. **28** – **4** satis ue O **6** ecquidnam *Parm.* : et quid nam X O **7** qui X O : quod *Kroll* **9** o memmi A : omnem mi X m *Ven.* omne (o m̄e) mi O o memi *Parm.* **10** trabe R² : trahe X O | lentus X O : tentus *Vossius* **11** pari X² m² O : parum X m | fuistis R¹ m : fuisti X O **12** uerpa R² m² D : uerba X m urpa R² m² O uerna λ **14** uobis X m O : nobis X² m² **15** romule O.

29

Quis hoc potest videre, quis potest pati,
nisi impudicus et vorax et aleo,
Mamurram habere quod Comata Gallia
habebat uncti et ultima Britannia?
Cinaede Romule, haec videbis et feres? 5
Et ille nunc superbus et superfluens
perambulabit omnium cubilia
ut albulus columbus aut *A*doneus?
Cinaede Romule, haec videbis et feres?
Es impudicus et vorax et aleo. 10
Eone nomine, imperator unice,
fuisti in ultima occidentis insula,
ut ista nostra diffututa Mentula
ducenties comesset aut trecenties?
Quid est? alit sinistra liberalitas. 15

c. **29** – N. I. Herescu, cf. c. 11. – C. Deroux, Catulle, 29, 13 et Deroux, Catulle, 29, 20, Latomus 28, 1969, p. 487–489. – J. D. Minyard, Critical notes on Catullus 29, CPh 66, 1971, p. 174–176. – W. C. Scott, Catullus and Caesar (c. 29), CPh 66, 1971, p. 17–25.

1–2 Quint. 9,4,141 (Suet. Div. Iul. 73) **3** Plin., n. h. 36, 48 **24** Verg., catal. 6,6.

3 mamurram D^3 θ : nam murram X O D **4** uncti *Faernus Ellis Mynors* : cum te X O *Ven.* cuncta D^3 uncta *anon. in marg. ed. Ald.*[1] *in Marc. serv. (4020)* ante *Stat. edd.* unctum *Scaliger* **7** perambulabit ζ : perambulauit X O *Pighi* **8** adoneus *Stat.* : ydoneus G O idoneus R m cydonius *P. Oksala* **13** uestra D ζ | diffututa D *Parm.* : diffutura X O defututa *Lachmann* **14** comesset R^2 : comeset X comerset O D **15** quid est ? alit : *sic interpungit Deroux* | alit X O *Deroux* : an D^2 *in ras. Parm.* aut *cod. Harlianus 2574* alid *Stat. edd.* aliud *B. Guar.* ad id *Herrmann*

Parum expatravit an parum elluatus est?
Paterna prim*a* lancinata sunt bona;
secunda praeda Pontica; inde tertia
Hibera, quam scit amnis aurifer Tagus;
nunc Galliae timet*ur* et Britanniae. 20
Quid hunc malum fovetis? aut quid hic potest,
nisi uncta devorare patrimonia?
Eone nomine, urbis o p*ot*issime*i*
socer generque, perdidistis omnia?

30

Al*f*ene immemor atque unanimis false sodalibus,
iam te nil miseret, dure, tui dulcis amiculi?
Iam me prodere, iam non dubitas fallere, perfide?
Nec facta impia fallacum hominum caelicolis placent.
Quae tu neglegis ac me miserum deseris in malis. 5

16 parum[1] X : partum O | parum[2]: par G **17** prima *Trinc. Turnebus* : primum X O **19** libera O | sit X D unxit *Wiman* | amnis D[2] A : amni X O D **20** nunc γ : hunc X O D et hunce *Spengel Pighi Deroux* | timetur D[2] (*ut vid.*) *Froehlich Schuster* : timet X O D timent *Spengel Pighi Deroux* | *v.* **20** *expunx. Scaliger Cazzaniga* **21** hic D α : hinc X O **23** uerbis D | o potissimei *L. Mueller Cazzaniga* : opulentissime X O *Minyard* opimissime λ o piissime *Lachmann* o piissimei *Haupt* o putissimei *Schwabe Lenchantin* (urbi) diuitissimi *Pighi* (uilicei) optimei *Bickel* o lentissimi *P. Oksala* o ditissimi *Herrmann.*

c. **30** – D. W. T. C. Vessey cf. c. 13.

1 alfene A *edd.* : alphene X O D *Ven.* | false D δ : salse X O **2** nil *Ven.* nil (te) λ : ni(c)hil X O **3** non λ *cod. Antenoris Balbi* : non me X O me non D **4** fata R | improba D **5** quae X O *Ven. edd.* : quos *B. Guar.* quod *L. Mueller*

*E*heu quid faciant, dic, homines, cuive habeant fidem?
Certe tute iubebas animam tradere, inique, ⟨me⟩
inducens in amorem, quasi tuta omnia mi forent.
Idem nunc retrahis te ac tua dicta omnia factaque
ventos irrita ferre ac nebulas aerias sinis. 10
Si tu oblitus es, at di meminere, at meminit Fides,
quae te ut paeniteat postmodo facit faciet tui.

31

Paene insularum, Sirmio, insularumque
ocelle, quascumque in liquentibus stagnis
marique vasto fert uterque Neptunus,
quam te libenter quamque laetus inviso,
vix mi ipse credens Thyniam atque Bithynos 5
liquisse campos et videre te in tuto.
O quid solutis est beatius curis,

6 eheu *Pall.* : o heu X O | dic *Trinc.* : dico X O dice *Ellis* | cuiue X m D : cui ne O **7** me *add. B. Guar. Avant. edd.* **8** tuta omnia β : o. t. X m D omnia O **9** idem R² O : inde X **10** uentos A : uento X O D | finis O **11** at ζ η : ut X O *Pighi* | meminere at *ex cod. deperdito Muretus* : meminerunt X O *Ven. edd.* | facit : facti O.

c. **31** – R. J. Baker, Catullus and friend in carm. XXXI, Mn Ser. 4, 23, 1970, p. 33–41. – L. Delatte, Vterque Neptunus, AC 4, 1935, p. 45–47.

3 neptumnus X **4** libenter D β *Ven.* : libente X O **5** mi η : mi(c)hi X O | (mihi) ipsi D² *super rasuram Ven.* | credens G² R O : crederis G D | thyniam D² *B. Guar. Haupt* : thimiam X O thuniam *Schwabe* | bithynos m: bithinios X O bithinos G² D

cum mens onus reponit ac peregrino
labore fessi venimus larem ad nostrum
desideratoque acquiescimus lecto! 10
hoc est quod unum est pro laboribus tantis.
Salve, o venusta Sirmio, atque ero gaude
gaudete vosque, o Lydiae lacus undae:
ridete quicquid est domi cachinnorum.

32

Amabo, mea dulcis Ipsitilla,
meae deliciae, mei lepores,
iube ad te veniam meridiatum.
Et si iusseris, illud adiuvato,
ne quis liminis obseret tabellam, 5
neu tibi lubeat foras abire,
sed domi maneas paresque nobis
novem continuas fututiones.

13 gaudete X m : gaude O gaudente *Bergk Mynors* | uosque η : uos quoque X O.

c. 32 – A. Gratwick, Ipsithilla: a vulgar name. Catullus, XXXII. 1, Glotta 44, 1967, p. 174–176.

1 mea G[1] R m D : meas G O | ipsitilla *Ital. Calph. Buecheler Schwabe edd.* : ipsithila X m ipsi illa O ipsimilla *Baehrens* ipsililla *Lenchantin* ipsulilla *Pighi* ypspyle *Verdière* **4** et X O : quod *Ven. Calph.* | adiuuato X O : adiubeto *Turnebus* et iubeto *anon. in marg. ed. Ald.*[1] *in Marc. serv. (4020)* **5** luminis O | tabellam. *sic interpunx. Giri Pighi* **6** heu R | lubeat G R[2] D : libeat R m lube O.

Verum, si quid ages, statim iubeto;
nam pransus iaceo et satur supinus 10
pertundo tunicamque palliumque.

33

O furum optime balneariorum,
Vibenni pater et cinaede fili,
(nam dextra pater inquinatiore,
culo filius est voraciore)
cur non exilium malasque in oras 5
itis, quandoquidem patris rapinae
notae sunt populo, et natis pilosas,
fili, non potes asse venditare?

34

Dianae sumus in fide
puellae et pueri integri;
⟨Dianam pueri integri⟩
puellaeque canamus.

c. 33 – A. Ronconi, Quaeque notando, ASNP 14, 1945, p. 65–71. – J. M. Fisher, Catullus 35, CPh 66, 1971, p. 1–5.

4 uolantiore X[2] **5** oras β : horas X O **8** potes asse uenditare η (asse *iam* ε) : potest ase (ad se A) uendicare X O.

c. 34 – *v.* **3** *om. codd.*, Dianam pueri integri *restit. Pall.* «*in uetustiore exemplari inuentum*» (*ed. 1500; idem teste Perreio Pontanus, ut Mynors adfirmat*) : dianam *Trinc.*

O Latonia, Maximi 5
magna progenies Iovis,
quam mater prope Deliam
    deposivit olivam,

montium domina ut fores
silvarumque virentium 10
saltuumque reconditorum
    amniumque sonantum,

tu Lucina dolentibus
Iuno dicta puerperis,
tu potens Trivia et notho es 15
    dicta lumine Luna.

Tu cursu, dea, menstru*o*
metiens iter annuum
rustica agricolae bonis
    tecta frugibus exples. 20

Sis quocumque tibi placet
sancta nomine, Romulique
antique ut solita es bona
    sospites ope gentem.

8 deposiuit *Pall.* : deposuit X O **12** amniumque *cod. Pisaurensis Calph.* : omnium X m D omniumque O | sonantum *Pall.* : sonantium X O **15** not(h)o es R^2 m^2 G^1 O *Ven.* : nothoes R^2 G m ?R **17** menstruo *B. Guar.* : menstrua X O **21** scis X | quocumque X^2 m^2 : quecumque X m O | placet m^2 O : placent X m **23** antiquam *Ven.* : antique X O ancique *Merula Scaliger Pighi* **24** solita's *L. Mueller.*

35

Poetae tenero, meo sodali
velim Caecilio, papyre, dicas
Veronam veniat, Novi relinquens
Comi moenia Lariumque litus.
Nam quasdam volo cogitationes 5
amici accipiat sui meique.
Quare, si sapiet, viam vorabit,
quamvis candida millies puella
euntem revocet manusque collo
ambas iniciens roget morari, 10
quae nunc, si mihi vera nuntiantur,
illum deperit inpotente amore.
Nam quo tempore legit inco*h*atam
Dindymi dominam, ex eo misellae
ignes interiorem edunt medullam. 15
Ignosco tibi, Sapphica puella
Musa doctior; est enim venuste
Magna Caecili*o* incohata Mater.

c. 35 – F. O. Copley, Catullus, 35, AJPh 74, 1953, p. 149–160. – J. Fisher, Catullus 35, CPh 66, 1971, p. 1–5.

12 Charis., p. 134 K (= p. 170 Barwick).

2 caecilio λ *Parth. edd.* cecilio X : occilio O **4** moenia λ *Ital. Ven.* : meniam G menia G² R m ueniam O **11** mihi si R **12** inpotente ζ η : impotentem X O | amore G² m : amorem X O **13** legit η λ *Ven.* : elegit X m eligit O | incohatam *B. Guar.* inchoatam *Pall.* : indotatam X O **18** c(a)ecilio *Parm.* : cecilia X O *Ven.* caecilii *Parth.*

36

Annales Volusi, cacata carta,
votum solvite pro mea puella;
nam sanctae Veneri Cupidinique
vovit, si sibi restitutus essem
de*s*issemque truces vibrare iambos, 5
electissima pessimi poetae
scripta tardipedi deo daturam
infelicibus ustulanda lignis.
Et hoc pessima se puella vidit
iocose lepide vovere divis. 10
Nunc, o caeruleo creata ponto,
quae sanctum Idalium Vriosque apertos
quaeque Ancona *C*nidumque harundinosam
colis quaeque Amathunta quaeque *G*ol*g*os
quaeque Du*rr*achium Hadriae tabernam, 15
acceptum face redditumque votum,

c. **36** – H. Lackenbacher, Das 36. Gedicht des Catull, WS 53, 1935, p. 156–159. – V. Buchheit, Catulls Dichterkritik in C. 36, H 87, 1959, p. 309–327. – G. W. Clarke, The Burning of Books and Catullus 36, Latomus 27, 1968, p. 575–580. – M. C. J. Putnam, Catullus 36, 19, CPh 64, 1969, p. 235–236.

1 annales uolusi θ : anuale (ann– X) suo lusi X O **5** desissemque *Avant.* : dedissemque X O **10** iocose lepido *Scaliger* iocosis lepide *Riese Quinn* | diuis ζ η *Ven.* : se diuis X O D **11** o *om.* O | ponto D : punto X poncto O **12** idalium *Lachmann Ellis* id alium D: ydalium X^2 m^2 adalium X O alium m | uriosque G^2 R O : utriosque G solosque *Giri* (uriosque portus *Heinsius*) **13** cnidumque *Parth. Housman Mynors* : gnidumque X O gnydum atque λ **14** colis quaeque ζ η : colisque X O collisamque λ | golgos *H. Barbarus* (*teste Mureto ad 64, 96*) *edd.* : alcos X O **15** durrachium *Lachmann edd.* : durachium X O dyrachium *Ven.*

si non illepidum neque invenustum est.
At vos interea venite in ignem,
pleni *r*uris et inficetiarum
Annales Volusi, cacata carta. 20

37

Salax taberna vosque contubernales,
a pilleatis nona fratribus pila,
solis putatis esse mentulas vobis,
solis licere quicquid est puellarum
confutuere et putare ceteros hircos? 5
An, continenter quod sedetis insulsi
centum an ducenti, non putatis ausurum
me una ducentos irrumare sessores?
Atqui putate; namque totius vobis
frontem tabernae sopionibus scribam. 10
Puella nam m*i*, quae meo sinu fugit,
amata tantum quantum amabitur nulla,

18 uenire R² m² **19** ruris *Pall.* : turis X O *Putnam* **20** annales uolusi θ : anuale (ann– X) suo lusi X O.

c. **37** – N. I. Herescu, Autour de la salax taberna (Cat. c. 37), Hommages L. Herrmann, Bruxelles 1960, p. 431–435. (Collection Latomus. 44).

1 Fortun. gramm., VI p. 293 K. **17–18** Prisc. 5,77; 7,22.
2 pileatis X² m D **5** confutuere η : confutere X O | putere *Herrmann* **10** sopionibus X O *Buecheler edd.* : ropionibus *Peiper* scorpionibus η λ *Lachmann Ellis Haupt* **11** nam mi *Heinsius* (mei *Schwabe Lafaye*) : nam me X O namque *Avant.*

pro qua mihi sunt magna bella pugnata,
consedit istic. Hanc boni beatique
omnes amatis, et quidem, quod indignum est, 15
omnes pusilli et semitarii moechi;
tu praeter omnes une de capillatis,
cuniculosae Celtiberiae fili,
Egnati, opaca quem bonum facit barba
et dens Hibera defricatus urina. 20

38

Malest, Cornifici, tuo Catullo,
malest, me hercule, et laboriose,
et magis magis in dies et horas,
quem tu, quod minimum facillimumque est,
qua solatus es allocutione? 5
Irascor tibi. Sic meos amores?
Paulum quid lubet allocutionis,
maestius lacrimis Simonideis.

16 semitarii X² m : semitani X O **17** une X m² O : uno m **18** celtiberie O : celtiberi X m celtiberosae *Prisc. codd. excepto Colon. 202* (celtiberie).

c. 38 – F. O. Copley, Catullus, c. 38, TAPhA 87, 1956, p. 125–129. – S. Baker, Catullus 38, CPh 55, 1960, p. 37–38.

1 malest *Lachmann* male est *Calph.* η² : (m)ale est si X m O | cornifici *Avant.* η² : carnifici X m O **2** malest *Lachmann* : male si G O male est si R¹ m D² ?R ?D | et X O : ei et *Lachmann* et est *Sillig* **6** tuos *Baehrens* **7** iubet λ iuuet *Heinsius*.

39

Egnatius, quod candidos habet dentes,
renidet usque quaque. Sei ad rei ventum est
subsellium, cum orator excitat fletum,
renidet ille. Si ad pii rogum fili
lugetur, orba cum flet unicum mater, 5
renidet ille. Quicquid est, ubicumque est,
quodcumque agit, renidet; hunc habet morbum,
neque elegantem, ut arbitror, neque urbanum.
Quare monendum est ⟨te⟩ mihi, bone Egnati.
Si urbanus esses aut Sabinus aut Tiburs 10
aut pinguis Vmber aut obesus Etruscus
aut Lanuvinus ater atque dentatus
aut Transpadanus, ut meos quoque attingam,
aut qui lubet, qui puriter lavit dentes,
tamen renidere usque quaque te nollem; 15
nam risu inepto res ineptior nulla est.
Nunc Celtiber ⟨es⟩; Celtiberia in terra,
quod quisque minxit, hoc sibi solet mane

c. 39 – **11** Liber glosarum (*Gloss. lat. 1,443 L., Corp. gl. Lat. 5,233 G.*) pinguis : crassus. nam obesus plus quam pinguis. Catullus ait «aut pinguis ubera aut obesus et grossus».

2 sei R^2 m^2 O : seu X m D **3** subsellium λ *Ital.* (subselium β) : subsellum X m subscellum O | orator excitat θ : e. o. X O *vv.* **4** *et* **5** *om.* D **4** pii G m *om.* R *rest.* R^1 : impii X^2 m^2 O | rogum α : regum X O | fili λ : filii X O **9** est te *Mähly* : est X O *Ven.* te est *Spengel* **11** pinguis *gloss. L. Mynors Fordyce* : parcus X O *Ellis Kroll* porcus *Scaliger* fartus *B. Venator Cazzaniga* pastus *Vossius* | etruscus G^1 R^2 m^2 D : et truscus X m O **12** lanuuinus m^2 δ : lamiuinus X O lamiunus m lanuinus D lauinius *Ven.* **13** ut D ε : aut X O **14** puriter G R^2 m^1 O : pariter R m **17** es *suppl. Corr. de Allio.*

dentem atque russam pumicare gingivam,
ut quo iste vester expolitior dens est, 20
hoc te amplius bibisse praedicet loti.

40

Quaenam te mala mens, miselle Ravide,
agit praecipitem in meos iambos?
Quis deus tibi non bene advocatus
vecordem parat excitare rixam?
An ut pervenias in ora vulgi? 5
Quid vis? qualubet esse notus optas:
eris, quandoquidem meos amores
cum longa voluisti amare poena.

41

Ameana puella defututa

19 Apul., apol. 6.
19 russam ζ *Ald.*[2] : rusam X O *Ven.* rufam *Parm.* | pumicare *Apul.* : defricare X O **20** uester X : noster O | expolitior X[2] m[1] D : expolitor X m O **21** loti *cod. Pisaurensis* η : lotus X O.

c. **40** – **1** raude *Ital. Faernus* raui *Friedrich* **3** deus X[2] m : dens X O | aduocatus G[2] m : auocatus X O **5** peruenias θ : perueniamus X O **8** p(o)ena X[2] m[2] O *Ven.* : poema X m[1] poemea m.

c. **41** – C. Deroux, Catulle et Ameana, Latomus 28, 1969, p. 1060–1064.

1 ameana *Stat. edd.* : a me an a X O a me an illa *Ven.* agme an illa *Parm.* acme illa *Ald.*[1] ametina *Haupt* anniana *Schwabe* arretina *Peiper* ammiana *Kroll* | defututa G O : defutura R m *Ven.* diffutura λ difututa *A.Guar.*

tota milia me decem poposcit,
ista turpiculo puella naso,
decoctoris amica Formiani.
Propinqui, quibus est puella curae, 5
amicos medicosque convoca*t*e;
non est sana puella, nec rogare
qualis sit solet *aes* imaginosum.

42

Adeste, hendecasyllabi, quot estis
omnes undique, quotquot estis omnes.
Iocum me putat esse moecha turpis
et negat mihi vestra reddituram
pugillaria, si pati potestis. 5
Persequamur eam, et reflagitemus,
quae sit quaeritis? Illa, quam videtis
turpe incedere, mimice ac moleste

4 formiani X[2] m D : formani X O **5** puella A : puelle X O **6** conuocate *Parm. Calph.* : conuocare X O *Ven.* **7** rogate *Ital. Schwabe Kroll* **8** aes imaginosum *Froehlich Ellis Mynors* : et imaginosum (ym- G) X O D esse imaginosa *Schwabe Kroll* est imaginosa *Haupt Friedrich.*

c. **42** – G. Perrotta, Il carme 42 di Catullo, A & R 12, 1931, p. 45–58. – Q. Ficari, De Catulli carmine 42, MC 2, 1932, p. 331–332. – E. Fraenkel, cf. c. 8.

5 Char. gramm., I p. 97 K (= p. 124 Barwick).

3 iocum X[2] m[3] D : locum X O **4** et X O *Parm.* : en *Ven.* | uestra *codd. Ven. Parm. Fraenkel* : nostra D[2] *Trinc. Stat. Lachmann* **6** prosequamur D **7** illa R[2] m[2] O : illam X m **8** mimice *Turnebus* : mirmice *codd.*

ridentem catuli ore Gallicani.
Circumsistite eam et reflagitate: 10
«Moecha putida, redde codicillos;
redde, putida moecha, codicillos.»
Non assis facis? o lutum, lupanar,
aut si perditius potest quid esse.
Sed non est tamen hoc satis putandum. 15
Quod si non aliud potest, ruborem
ferreo canis exprimamus ore.
Conclamate iterum altiore voce:
«Moecha putida, redde codicillos;
redde, putida moecha, codicillos.» 20
Sed nil proficimus, nihil movetur.
Mutanda est ratio modusque vobis,
si quid proficere amplius potestis:
«Pudica et proba, redde codicillos.»

43

Salve, nec minimo puella naso
nec bello pede nec nigris ocellis
nec longis digitis nec ore sicco

9 catuli β : catulli X O | *v.* **12** *om.* R D *rest.* R² **13** facis X O *Ven.* : facit *Halbertsma P. Oksala* | olidum λ ε *Ven. Parm.* **14** potest λ ζ *Ven. Halbertsma Schuster Fraenkel P. Oksala* : potes X O *Baehrens Lenchantin Mynors* **15** hoc satis G O : s. h. R m | *vv.* **17–18** *post versum 24 transposuerunt Westphal et Riese, nec recte* **17** exprimamus X O *Ven.* : exprimemus λ **21** nil *Ven.* : ni(c)hil *codd.* | ni(c)hil X O : nil G² D **22** uobis θ *Lachmann Ellis Mynos* : nobis X O *Spengel Kroll edd.* **23** putatis *Schwabe* voletis *Mähly.*

c. 43 – **1** nimio λ θ *Scaliger.*

nec sane nimis elegante lingua,
decoctoris amica Formiani. 5
Ten provincia narrat esse bellam?
tecum Lesbia nostra comparatur?
O saeclum insapiens et infacetum!

44

O funde noster seu Sabine seu Tiburs,
(nam te esse Tiburtem autumant, quibus non est
cordi Catullum laedere; at quibus cordi est,
quovis Sabinum pignore esse contendunt)
sed seu Sabine sive verius Tiburs, 5
fui libenter in tua suburbana
villa malamque pectore expuli tussim,
non inmerenti quam mihi me*u*s ve*nte*r,
dum sumptuosas appeto, dedit, cenas.
Nam, Sestianus dum volo esse conviva, 10

6 bellis λ **8** seclum G² R¹ m D : sedum X O | et X O : atque G² m.

c. **44** – C. Murley, Was Catullus present at Sestius' dinner?, CPh 33, 1938, p. 206–208. – C. P. Jones, Parody in Catullus 44, Hermes 96, 1968, p. 379–383. – E. S. de Angeli, A literary chill. Catullus 44, CW 62, 1969, p. 354–356. – V. Buchheit (cf. c. 49), p. 43 sq.

2 cum quibus G **4** pignore A δ : pignoris X O **7** malamque pectore expuli tussim *cod. Edinensis a. 1495* (ex(s)pui *Scaliger Ellis Cazzaniga*) : aliamque p. expulsus sim (sum *Ven.*) X O D **8** meus uenter *Faernus* : mens uertur X O mens uirtus D ueretur mens λ η **10** festianus O | conuiua X² O : conuiuia X conuiuii D

orationem in Antium petitorem
plenam veneni et pestilentiae legi.
Hic me gravedo frigida et frequens tussis
quassavit usque dum in tuum sinum fugi
et me recuravi otioque et urtica. 15
Quare refectus maximas tibi grates
ago, meum quod non es ulta peccatum.
Nec deprecor iam, si nefaria scripta
Sesti recepso, quin gravedinem et tussim
non mi, sed ipsi Sestio ferat frigus, 20
qui tunc vocat me, cum malum librum legi.

45

Acmen Septimi*us* suos amores

11 oratione O | in antium *Stat. edd.* : minantium X O | petitorem X O : petitorum X² m **13** hoc (h') O | grauedo A *Ital.* : grauido X O D **17** ultu' *Muretus Quinn* **19** sexti recepso *Rom.* : sestire cepso X O *Ven.* | quin ζ : qui X O si D **20** mi *Ital.* : mi(c)hi X O | sestio R² D² : sectio X O ?D **21** legi *Lachmann* : legit X O fecit *Baehrens.*

c. **45** – H. Comfort, Analysis of technique in Catullus XLV (Septimius and Acme), TAPhA 69, 1938, XXXIII (Abstract). – M. Gigante, Il carme 45 di Catullo o il canto dell'amore, GIF 4, 1951, p. 323–327. – S. Baker, The Irony of Catullus' „Septimius and Acme", CPh 53, 1958, p. 110–112. – D. O. Ross, Style and content in Catullus 45, CPh 60, 1965, p. 256–259. – K. Akbar Khan, Catullus XLV: What sort of irony?, Latomus 27, 1968, p. 3–12. – H. Dietz, Zu Catulls Gedicht von Acme und Septimius, SO 44, 1969, p. 42–47.

1 acmen (ac men X *corr.* R²) X O : agmen D | septimius ζ θ λ *Parm. edd.* : septimos X m *Ven.* septimios O **2** acme R³ ζ : ac me X O *Ven.* agme D *Parm.*

tenens in gremio «mea» inquit «Acme,
ni te perdite amo atque amare porro
omnes sum assidue paratus annos
quantum qui pote plurimum perire, 5
solus in Libya Indiaque tosta
caesio veniam obvius leoni.»
Hoc ut dixit, Amor sinistra ut ante
dextra sternuit approbationem.

At Acme leviter caput reflectens 10
et dulcis pueri ebrios ocellos
illo purpureo ore saviata
«Sic» inquit «mea vita Septimille,
huic uni domino usque serviamus,
et multo mihi maior acriorque 15
ignis mollibus ardet in medullis.»
Hoc ut dixit, Amor sinistra ut ante
dextra sternuit approbationem.

Nunc ab auspicio bono profecti,
mutuis animis amant, amantur. 20
Vnam Septimius misellus Acmen
mavult quam Syrias Britanniasque;
uno in Septimio fidelis Acme
facit delicias libidinesque.

3 perdite D : perditi X O **5** pote R[1] : potest G m O D *?* R **8** ut[2] X O : et *Birt (cf. v. 17)* **9** dextram ζ η | approbationem θ *Scaliger* : approbatione X O **10** at acme R[2] D[3] *Calph.* : ad hanc me X m D ad hac me O **12** sauiata R[1] : saniata X O **13** septimille R[1] D α *Parm.* : septinulle X O septimius ille *Ven.* **14** uni X[2] O D : uno X **17** sinistra ut R[1] D : sinistrauit X O **18** dextra A ζ *Ven.* : dextram X O **21** septimius ζ θ λ *Ven.* : septumius X O | acmen R[2] ζ : agmen X O **22** sirias γ δ A : siriasque O D syriasque X **24** libidinesque R[1] A ζ : libidinisque X O.

Quis ullos homines beatiores 25
vidit, quis Venerem auspicatiorem?

46

Iam ver egelidos refert tepores,
iam caeli furor aequinoctialis
iocundis Zephyri silescit aureis.
Linquantur Phrygii, Catulle, campi
Nicaeaeque ager uber aestuosae; 5
ad claras Asiae volemus urbes.
Iam mens praetrepidans avet vagari,
iam laeti studio pedes vigescunt.
O dulces comitum valete coetus,
longe quos simul a domo profectos 10
diversae varie viae reportant.

47

Porci et Socration, duae sinistrae
Pisonis, scabies famesque mundi,

c. **46** – **1** uer egelidos θ : uere gelidos X O *Parm.* uero gelidos *Ven.* **3** auris R² D **5** uber η² *Avant.* : ruber X O | estuose R³ D : estuore X O **10** quos R³ D : quoque R m quo G O **11** diuersae uarie *B. Guar. Kroll Mynors* diuerse uarie X O : diuersae uariae *Lachmann Ellis Haupt* diuerse uariae *Scaliger Vossius Weinreich.*

c. **47** – R. Syme cf. c. 28.

2 mundi X O : memmi *Avant.* mundae *Buecheler* nummi *Baehrens* saecli *Friedrich.*

vos Veraniolo meo et Fabullo
verpus praeposuit Priapus ille?
vos convivia lauta sumptuose 5
de die facitis? mei sodales
quaerunt in trivio vocationes?

48

Mellitos oculos tuos, Iuventi,
si quis me sinat usque basiare,
usque ad milia basiem trecenta,
nec numquam *u*ide*a*r satur futurus,
non si densior aridis aristis 5
sit nostrae seges osculationis.

49

Disertissime Romuli nepotum,

4 praeposuit R[1] *Parm.* : proposuit X O **5** laute D.

c. **48** – A. Ramminger cf. c. 5.

1 iuuenti R[1] α *Parm.* : inuenti X O niventi *Ven.* **4** nec numquam X O *Schuster Mynors Loefstedt* : umquam R[2] D A *Schwabe Kroll* nec umquam *Ven. Parm. Calph. Stat.* | uidear satur futurus: inde satur cor est futurum *Ven.* inde ero satur futurus *Parm.* saturum inde cor futurum est *Calph. Stat.* inde corsater futurus X O **6** sit X[2] m D : sint X O.

c. **49** – J. H. Collins, Cicero and Catullus, CJ 48, 1952, p. 11–17 et 36–41. – D. Romano, Il significato del c. 49 di Catullo, Aevum 28, 1954, p. 222–229. – J. Ferguson, Catullus and Cicero, Latomus

quot sunt quotque fuere, Marce Tulli,
quotque post aliis erunt in annis,
gratias tibi maximas Catullus
agit pessimus omnium poeta, 5
tanto pessimus omnium poeta
quanto tu optimus omnium patronus.

50

Hesterno, Licini, die otiosi
multum lusimus in meis tabellis,
ut convenerat esse delicatos.
Scribens versiculos uterque nostrum

25, 1966, p. 871–872. – D. Gagliardi, Sul carme 49 di Catullo, P & I 9, 1967, p. 227–232. – D. F. S. Thomson, Catullus and Cicero, poetry and the criticism of poetry, CW 60, 1967, p. 225–230. – R. E. H. Westendorp Boerma, Once more Catullus 49 and Cicero, In memoriam E. V. Marmorale, Napoli 1967, vol. 2, p. 433–436. – A. Dinoi, Il carme 49 del Liber Catullianus, Vichiana 5, 1968, p. 5–20. – V. Buchheit, Literarische Kritik an T. Annius Cimber (Verg. catal. 2), Cicero (Cat. c. 49) und Sestius (Cat. c. 44), Forschungen zur römischen Literatur. Festschrift K. Büchner. Hrsg. W. Wimmel, Wiesbaden 1970, p. 37–45. – E. Laughton, Disertissime Romule nepotum. CPh 65, 1970, p. 1–7. – eiusdem, Catullus 49, an acknowledgment, CPh 66, 1971, p. 36–37.

7 omniums (*del.* s) R | patronus R[3] m[3] O : patronum X m.

c. 50 – P. Pucci, Il carme 50 di Catullo, Maia 13, 1961, p. 249–256. – C. P. Segal, Catullan otiosi: the Lover and the Poet, G & R 17, 1970, p. 25–31. – W. C. Scott, Catullus and Calvus, CPh 64, 1969, p. 169–173.

2 in meis X O : inuicem *Sabellicus* «*an* in tueis?» *Schwabe*

ludebat numero modo hoc modo illoc, 5
reddens mutua per iocum atque vinum.
Atque illinc abii tuo lepore
incensus, Licini, facetiisque,
ut nec me miserum cibus iuvaret,
nec somnus tegeret quiete ocellos, 10
sed toto indomitus furore lecto
versarer cupiens videre lucem,
ut tecum loquerer, simulque ut essem.
At defessa labore membra postquam
semimortua lectulo iacebant, 15
hoc, iucunde, tibi poema feci,
ex quo perspiceres meum dolorem.
Nunc audax cave *s*is, precesque nostras,
oramus, cave despuas, ocell*e*,
ne poenas Nemesis reposcat a te. 20
Est vemens dea; laedere hanc caveto.

18 Servius, Verg. Aen. 4,409.

5 ledebat R² m² | illos O **7** abii R³ ζ : abiit X O **8** licini *Ital. Ven.* : lacini X O lucini D | facetiisque R³ ζ : faceti tuique X O **10** somnus λ δ *Ven.* sompnus R³ : somnos X O D **12** uersarer R³ θ *Ven.* : uersaretur X O **13** essem X² m² O : omnem X m **14** at α : ad X O **18** caue sis *Pall.* : caueris X O caueas R¹ *Ven.* **19** ocelle *B. Guar.* : ocello X O **20** nemesis A (ne nemesis D) : ne messis (nemessis) G R² m O ?R | reposcat G R³ D : reponat R m resposcat O **21** uemens *Stat. Haupt* : uehemens X O.

51

Ille mi par esse deo videtur,
ille, si fas est, superare divos,
qui sedens adversus identidem te
spectat et audit

dulce ridentem, misero quod omnis 5
eripit sensus mihi; nam simul te,
Lesbia, aspexi, nihil est super mi

. . . . .

c. 51 – O. Immisch, Catulls Sappho, Heidelberg 1933. SHAW Phil.-hist. Kl. 1933/34, 2. – W. Ferrari, Il c. 51 di Catullo, ASNP 7, 1938, p. 59–72. – F. Tietze, Catulls 51. Gedicht, RhM N. F. 88, 1939, p. 346–367. – E. Bickel, cf. c. 66. – R. Lattimore, Sappho 2 and Catullus 51, CPh 39, 1944, p. 184–187. – I. Borszak, Otium catullianum, AAntHung 4, 1956, p. 212–219; etiam in Antike Lyrik, Darmstadt 1970. – C. Pavese, Due noterelle grecolatine, SIFC 35, 1963, p. 117–119. – G. Jachmann, Sappho und Catull, RhM N. F. 107, 1964, 1–25 (16 sqq.). – E. A. Fredericksmeyer, On the Unity of Catullus 51, TAPhA 96, 1965, p. 153–163. – H. Akbar Khan, Color Romanus in Catullus 51, Latomus 25, 1966, p. 448–460. – A. J. Woodman, Some implications of otium in Catullus 51. 13–16, Latomus 25, 1966, p. 217–226. – D. E. W. Wormell, Catullus as translator, Stud. in hon. of H. Caplan, New York 1966, p. 187–201. – R. C. Jensen, Otium, Catulle, tibi molestum est, CJ 62, 1966–67, p. 363–365. – D. F. S. Thomson cf. c. 49. – R. I. Frank, Catullus 51: Otium versus virtus, TAPhA 99, 1968, p. 233–239. – V. Lejnieks, Otium Catullium reconsidered, CJ 63, 1968, p. 262–264. – J. A. Richmond cf. Conspect. libr. IX.

1 mi G^2 (*in ras.*) R^3 D θ : mi(c)hi X O | par D^2 θ : impar X O D **3–4** te | spectat G^2 R^3 D : | te spectat X O **5** quod X^2 m^2 : – que X m O **7** super mi X O : superema D^2 suprema *Ven. Parm. Calph.* | *v.* **8** *om.* X O D : *suppl.* uoce locuta D^4 quod loquar amens *Parth.* lesbia uocis *Friedrich Garrod* uocis in ore *Ritter Döring* in pectore uocis *Pleitner* uocis amanti *Meissner* gutture uocis *Westphal.*

Lingua sed torpet, tenuis sub artus
flamma demanat, sonitu suopte 10
tintinant aures, gemina teguntur
lumina nocte.

Otium, Catulle, tibi molestum est;
otio exultas nimiumque gestis.
Otium et reges prius et beatas 15
perdidit urbes.

52

Quid est, Catulle? quid moraris emori?
Sella in curul*ei* struma No*n*ius sedet,
per consulatum peierat Vatinius;
quid est, Catulle? quid moraris emori?

10 flamma R[1] D : flamina X m O **11** tintinant G R[3] : tintinnat R m tintiant O | geminae, teguntur *sic interpr. Schrader* **12** limina X **13** catulle R[3] D[1] θ : catulli X D *(ut vid.)* catuli O.

c. **52** – L. R. Taylor, Magistrates of 55 B. C. in Cicero's Pro Plancio and Cat. 52, Athenaeum 42, 1964, p. 12–28.

Mar. Victorin., gramm. VI p. 136 K; Bassus, VI p. 237 K; cf. Plin., n. h. 37,81; Boeth., cons. 3,4.

1 emori η *Ven. Parm.* : mori X O D **2** curulei *Ellis Manzo* : curulu O curuli X | struma X O : scrofa *Mar. Victorin.* | nonius *Plin. n. h. 37, 81 Parth.* : nouius X O **3** peierat D A : perierat X O | uacinius X **4** emori A η *Ven.* : mori X O D.

53

Risi nescio quem modo e corona
qui, cum mirifice Vatiniana
meus crimina Calvos explicasset,
admirans ait haec manusque tollens,
«Di magni, salaputium disertum!» 5

54

Otonis caput oppido [est] pusillum,
Heri rustic*a* semilauta crura,
subtile et leve peditum Libonis,
si non omnia, displicere vellem

c. **53** – E. Bickel, Salaputium: mentula salax, RhM N. F. 96, 1953, p. 94–95.

Sen., contr. 7, 4 (19), 7.

1 e ζ : et X O **2** uaciniana G **3** meus R^2 : meos X O | crimina X O *Parm.* : carmina G^2 *(ut vid.)* m D *Ven.* **4** manusque X m O D: inanius R^2 m^2 **5** salaputium D^2 ε *Parm.* : salapantium X O D *Ven. Pighi* salupputium R^2 m^2 α | disertum ζ η *Parm.* : desertum X O *Ven.*

c. **54** – C. Deroux, Catulle 54, 2, Latomus 28, 1969, p. 645–648.

1 otonis X O : othonis *Ital. Ven.* | opido (p *eras.?*) G apido O | est *secl. edd. aliquot* | *post* pu(s)sillum *add. codd.* hoc iucunde . . . dolorem *ex 50, 16–17 excerptum* **2** heri *Muretus Deroux* : et eri G O et heri G^2 R m Neri *L. Mueller* hirri *Hermes* irri *Bickel* hirti *P. Oksala* uetti *Vossius* | rustica *Turnebus edd.* : rustice X O *Mynors.*

tibi et Sufficio seni recocto. 5
Irascere iterum meis iambis
inmerentibus, unice imperator.

55

Oramus, si forte non molestumst,
Demonstres ubi sint tuae tenebrae.
Te Campo quaesimus in minore,
te in Circo, te in omnibus ligellis,
te in templo summi Iovis sacrato. 5
In Magni simul ambulatione
femellas omnes, amice, prendi,
quas vultu vidi tamen sereno.

5 fufficio *Scaliger* fuficio *Haupt* fufidio *Bickel Kroll Deroux* | seni recocto *Calph. edd.* : seniore cocto G O seniore copto G² R m D **7** *hic posuit Mazzoni versum phalaecum a Porphyrione servatum (cf. fragm. 2), quem collocavit Ellis post versum tertium.*

c. **55** – K. Barwick, Zu Catull c. 55 und 58a, H 63, 1928, p. 66–82. – F. O. Copley, Catullus 55, 9–14, AJPh 73, 1952, p. 295–297. – O. Bianco, Catullo c. 55 e 58a, RCCM 6, 1964, p. 33–34. – S. Condorelli, I due carmi a Camerio, Helikon 5, 1965, p. 463–480.

1 oro si tibi forte λ *Ven.* oro si forte D² | molestum est β : molestus es X O **3** quaesimus in *Birt Lenchantin Paratore* : quaesiuimus in X m O *Ven.* quaesiuimus *Scaliger* in *ante* campo *collocavit Sillig* | *post v. 3 lacunam duorum versuum suspicatus est Weinreich* **4** in circo X² D *Ven.* : idcirco X id circo O | ligellis *B. Guar.* : libellis X O tigillis *A. Guar.* tabellis *Scaliger* tabernis *Ital. Ald.*¹ *Muretus P. Oksala* sacellis *Klotz* **7** prehendi X **8** sereno D² β : serena X O serenas D δ *Quinn.*

Ave*ns* te sic ipse flagitabam:
«Camerium mihi, pessimae puellae!» 10
Quaedam inquit: «nudum re*clude* ⟨pectus⟩:
en hic in roseis latet papillis.»
Sed te iam ferre Herculei labos est.
Tanto te in fastu negas, amice?
Dic nobis ubi sis futurus, ede 15
audacter, committe, crede luci.
Nu*m* te lacteolae tenent puellae?
Si linguam clauso tenes in ore,
fructus proicies amoris omnes;
verbosa gaudet Venus loquella. 20
Vel si vis, licet obseres palatum,
dum vestri sim particeps amoris.

9 auens te *P. Oksala (Schwabe dubit.)* : auelte X O *Condorelli* auellite *Ven.* ah uel te *Heinze Barwick Lenchantin* has uellens *Schwabe* ac te uel *Schuster Eisenhut* aue et te *Pighi* **10** pessimae D : pessime X O proxime λ **11** quedam R O : quendam G m D | reclude pectus *Friedrich* : reduc X O reduce D reducta pectus *Ellis* reduce pectus *Lenchantin* sinum reducens *Avant. Lafaye* sinum recludens *Riese* reclusa pectus *Helm Wiman* **12** en R[1] ζ θ : em X O hem G[1] *in ras.* m D | hic R : hec (h'O) G m O D | uirosis D **13** herculei X m O A : herculis R[2] | *hic post v. 12 aut 13 aut 14 quidam codd. vel edd. c. 58 b inserunt* **14** te in X O *Ellis Levin* : ten *Muretus* ut te (. . . amico) *Wiman.* – *cf. app. crit. ad c. 58 b* **16** audacter *Ital. Ven. edd.* : audacter (–citer O) hoc (h'O) X O | crede luci *cod. Vatic. 1608 a. 1479* crede lucei *Scaliger* : crede lucet X m[2] O D crude lucet X[2] m ede licenter D[4] crede latet λ **17** num *Ital. Friedrich Kroll Schuster* : nunc *codd.* **18** tenes R[2] *Ital.* : tenens *codd.* **22** uestri X O *Lenchantin Eisenhut Mynors* : nostri X[2] *Ven.* nostri (sis) *Lafaye Barwick* | sim *cod. Pisaurensis Lenchantin Eisenhut Mynors* : sis X O sim ego *Avant.*

56

O rem ridiculam, Cato, et iocosam
dignamque auribus et tuo cachinno!
Ride quicquid amas, Cato, Catullum;
res est ridicula et nimis iocosa.
Deprendi modo p*u*pulum puellae 5
trusantem; hunc ego, si placet Dionae,
protelo rigida mea cecidi.

57

Pulcre convenit improbis cinaedis,
Mamurrae pathicoque Caesarique.
Nec mirum; maculae pares utrisque,
urbana altera et illa Formiana,
impressae resident nec eluentur; 5
morbosi pariter, gemelli utrique,
uno in lecticulo erudituli ambo,
non hic quam ille magis vorax adulter,
rivales socii et puellularum.

c. 56 – A. E. Housman, Praefanda, H 66, 1931, p. 402. – V. Buchheit, Catullus an Cato von Utica (c. 56), H 89, 1961, p. 345–356. – W. C. Scott, Catullus and Cato (c. 56), CPh 64, 1969, p. 24–29.

5 pupulum *Parth.* : populum X O (publium R^2 *vel* R^3) | in puella *Schwabe Friedrich* **6** dione O : dyone X m dianae *Westphal* **7** protelo O *(ut vid.) Buchheit* : pro telo X m.

c. 57 – **3** pares θ : paris X O **5** nec eluentur θ : nece luentur X O **6** tenelli *Haupt* **7** lecticulo O *Baehrens* : lectulo X *Ven. Schuster* alueolo *Bickel* **9** et puellularum X O *Ven. Schuster Löfstedt* : puellularum λ *Trinc. Scaliger Mynors* et puellarum *Parm.*

Pulcre convenit improbis cinaedis. 10

58

Caeli, Lesbia nostra, Lesbia illa,
illa Lesbia, quam Catullus unam
plus quam se atque suos amavit omnes,
nunc in quadriviis et angiportis
glubit magnanimos Remi nepotes. 5

58 b

Non custos si fingar ille Cretum,
non si Pegaseo ferar volatu,
non Ladas ego pennipesve Perseus,
non Rhesi niveae citaeque bigae;

c. 58 – **1** nostra R^3 m D : uestra T X m^2 O **4** quadriuiis O D : quadruuiis G quadriuis R **5** magnanimos Remi *cod. Vat. 1608 a. 1479 Calph.* : magna admiremini X *Ven. Parm.* magna amiremini O magnanimi remi *Vossius Schwabe.*

c. 58b – G. Jachmann, Gn 1, 1925, p. 200–214. – H. Comfort, Parody in Catullus LVIIIa, AJPh 56, 1935, p. 45–49. – O. Bianco cf. c. 55. – S. Condorelli cf. c. 55. – K. Barwick cf. c. 55.

Cf. app. crit. ad c. 57, 13 : c. 58 b collocaverunt post c. 55, 12 paucissimi codices, post c. 55, 13 Lachmann, post c. 55, 14 Froehlich Schwabe, post c. 55, 22 Ald.[1] *Scaliger Vossius et alii. Hic collocaverunt codd. plerique Schuster Eisenhut Mynors* **3** pennipes D : primipes X m O pinnipes X^2 m^2 pennifer D^3 λ | *v. 3 ante v. 2 apud Muretum Cazzaniga Mynors* **4** thesi O | niuee G : uinee R m O niueis (citisque bigis) *Muretus* niuea (citaque biga) *Hand.*

adde huc plumipedas volatilesque, 5
ventorumque simul require cursum,
quos vinctos, Cameri, mihi dicares:
defessus tamen omnibus medullis
et multis langoribus peresus
essem te mihi, amice, quaeritando. 10

59

Bononiensis Rufa Ruf*ul*um fellat,
uxor Meneni, saepe quam in sepulcretis
vidistis ipso rapere de rogo cenam,
cum devolutum ex igne prosequens panem
ab semiraso tunderetur ustore. 5

60

Num te leaena montibus Libys*t*inis

5 hunc R | plumi pedes D **7** uinctos X m D : uictos O iunctos G[2] *Ven. Mynors* cunctos *Schrader Pleitner* | langoribus *codd.* : languoribus *Ellis Mynors Pighi* **9** p̄sens O **10** esse O.

c. 59 – **1** rufulum *Avant. Pall.* : rufum *codd.* rufum anus *Munro* rufum egens *Westphal* rufum edax *Rossberg* (rufa) rufuli *Palmer* | fellat R[2] m[2] O : fallat X m D.

c. 60 – O. Weinreich, Catull c. 60, H 87, 1959, p. 75–90. – G. Lieberg, Catull 60 und Ps. Theokrit 93, H 94, 1966, p. 115–119.

1 nunc β *Ven.* nam λ | libystinis *Scaliger edd.* : libisinis X libissinis O libyssinis λ *Cazzaniga* libysinis *Ital.*

Aut Scylla latrans infima inguinum parte
tam mente dura procreavit ac taetra,
ut supplicis vocem in novissimo casu
contemptam haberes, a! nimis fero corde? 5

61

Collis o Heliconiei
cultor, Vraniae genus,
qui rapis teneram ad virum
virginem, o Hymenaee Hymen,
o Hymen Hymenaee, 5

cinge tempora floribus
suave olentis amaraci,
flammeum cape laetus, huc
huc veni niveo gerens
luteum pede soccum, 10

2 scylla D² A : silla X O sylla D **4** supplicis *Parm.* : suppliciis X m D suplicus O **5** animis X O | contemptam D³ *Ital.* : conteptam X contentam O D | ferreo λ.

c. 61 – E. A. Mangelsdorff, Das lyrische Hochzeitgedicht bei den Griechen und Römern, Hamburg 1913. – G. B. Pighi, La struttura del carme 61 di Catullo, Humanitas 2, 1948/49, p. 41–53. – V. Estévez-Martínez, El himno nupcial de Manlio y Junia de Catulo, Humanidades 16, 1964, p. 147–154. – eiusdem, Wedding songs of Manlius and Junia (Catullus 61), CB 49, 1965, p. 36–39.

1 eliconei X m bellicon iei O heliconei ε *Ven.* **4** hymen G D *Ital.* : *ad v. 5* R O **5** o hymen hymenaee *cod. Laud. 78 Bodl. Ald.*¹ : (hymen R O) o hymenee hymen X O **7** amaraci O² α : amarici X O **8** flammeum λ *Ital. Pall. edd.* : flameum X O.

excitusque hilari die,
nuptialia concinens
voce carmina tinnula,
pelle humum pedibus, manu
pineam quate taedam. 15

Namque Iunia Manlio,
qualis Idalium colens
venit ad Phrygium Venus
iudicem, bona cum bona
nubet alite virgo, 20

floridis velut enitens
myrtus Asia ramulis,
quos Hamadryades deae
ludicrum sibi roscido
nutriunt umore. 25

Quare age huc aditum ferens
perge linquere Thespiae
rupis Aonios specus,
nympha quos super irrigat
frigerans Aganippe, 30

ac domum dominam voca
coniugis cupidam novi,
mentem amore revinciens,
ut tenax hedera huc et huc
arborem implicat errans. 35

12 concinens R[1] *Ital. Parm.* : continens X m O concines R[3] *Ven.* **13** tinnula X[2] m D *(ut vid.)* : tinnuula X O **16** iunia X O *Ellis Mynors* : uinia D *Lachmann Schuster Eisenhut* uibia D[2] *Syme* iulia η λ *Ven.* | manlio λ θ : mallio X O **21** uelut X : uult O **24** ludicrum R : ludricum G O | roscido R[2] A λ *Ven.* : rosido X m O *Cazzaniga* **25** nutriunt in odore *B. Guar.* nutriere liquore *Richards* **31** ad R[3] D[2] **33** reuinciens ε : reuincens X O **34** hac et hac R[3] *Ven.*

Vosque item simul, integrae
virgines, quibus advenit
par dies, agite in modum
dicite o Hymenaee Hymen,
o Hymen, Hymenaee. 40

Vt lubentius, audiens
se citarier ad suum
munus, huc aditum ferat
dux bonae Veneris, boni
coniugator amoris. 45

Quis deus magis est ama-
tis petendus amantibus?
Quem colent homines magis
caelitum? o Hymenaee Hymen,
o Hymen Hymenaee. 50

Te suis tremulus parens
invocat, tibi virgines
zonula soluunt sinus,
te timens cupida novos
captat aure marit*us*. 55

38 modum R² m² D *Ital.* : nodum X m O **40** o hymen hymenaee *edd.* : o hymenee (hymen o R²) hymenee hymen X O **42** citaries O **46–47** est ama|tis *Bergk edd.* : amatis | est X O anxiis | est *Haupt* (magis) ac magis | est *B. Guar.* magis . . . aemulis *Hermann* | *post v.* O **49** comparier (conparies O) ausit *add. codd.* (*cf. vv.* 65. 70. 75) **50** o hymen hymenaee *edd.* : o hymen (hymen o R²) hymenee hymen X O **51** suis tremulus η *Parm.* : sui si remulus X m² O (suis remulus R³) sui si remus G² m **53** zonulas *Peiper* **54** nitens *Schenkl* **55** maritus *Muretus* : maritos X O.

Tu fero iuveni in manus
floridam ipse puellulam
dedis a gremio suae
matris, o Hymenaee Hymen,
o Hymen Hymenaee. 60

Nil potest sine te Venus,
fama quod bona comprobet,
commodi capere, at potest
te volente. Quis huic deo
compararier ausit? 65

Nulla quit sine te domus
liberos dare, nec parens
stirpe nitier; at potest
te volente. Quis huic deo
compararier ausit? 70

Quae tuis careat sacris,
non queat dare praesides
terra finibus; at queat
te volente. Quis huic deo
compararier ausit? 75

Claustra pandite ianuae;
virgo adest. Viden ut faces
splendidas quatiunt comas?
. . . .
. . . . 80

58–59 suae | matris *edd.* : **58** suae matris *codd.* X O **59 (— 60)** o hymen(a)ee hymen hymen(a)ee X O (o hymen *om.*) **61** nil X² m D : ni(c)hil X O **68** nitier β *Avant.* : uicier X m uities O uincier D *Lachmann* cingier *Schrader* **77** adest *codd.* : ades *anon. in marg. Ald.² in Marc. serv. (4041) Schrader Zicàri* | *post v.* **78** *lacuna quatuor versuum.*

. . . .
. . . .
tardet ingenuus pudor;
quem tamen magis audiens,
flet quod ire necesse est. 85

Flere desine. Non tibi, Au-
runculeia, periculum est
ne qua femina pulcrior
clarum ab Oceano diem
viderit venientem. 90

Talis in vario solet
divitis domini hortulo
stare flos *h*yacint*h*inus.
Sed moraris, abit dies.
⟨Prodeas, nova nupta.⟩ 95

Prodeas, nova nupta, si
iam videtur, et audias
vostra verba. Viden? faces
aureas quatiunt comas.
Prodeas, nova nupta. 100

Non tuus levis in mala
deditus vir adultera
pro*br*a turpia persequens
a tuis teneris volet
secubare papillis, 105

86–87 au|runculeia *Turnebus* : **87** aurunculeia O arunculeia X aruleia λ **92** hortulo *Ital. Ven.* : ortulo R G[2] m D ortullo G O **93** hyacinthinus *edd.* : iacintinus X D iactintinus O **94** abit ζ *Ven.* : abiit X O **95** *suppl. Ald.*[1] **98** uiden θ *Ven.* : uiden ut

lenta sed velut adsitas
vitis implicat arbores,
implicabitur in tuum
complexum. Sed abit dies.
Prodeas, nova nupta. 110

O cubile, quod omnibus
. . . .
. . . .
. . . .
candido pede lecti. 115

Quae tuo veniunt ero,
quanta gaudia, quae vaga
nocte, quae medio die
gaudeat! sed abit dies.
Prodeas, nova nupta. 120

Tollite, ⟨o⟩ pueri, faces;
flammeum video venire.
Ite, concinite in modum
io Hymen Hymenaee io,
io Hymen Hymenaee. 125

(et R, *corr.* R²?) X D uideri ut O uide ut *Parth.* **103** probra turpia *Calph.* : procatur pia X O D parcatur pia *Ven.* **105** papillulis λ θ *Ven.* **106** sed O : –que X m qui *Ald.*¹ quin *Trinc. Schuster* | uult O **109** abit ζ θ *Ven.* : abiit X O | *post v.* **111** *lacuna trium vv.* **116** *et* **117** quae R³ *Ital.* : –que X O **118** abit ζ θ *Ven.* : abiit X O **121** o R³ λ *cod. Lond. add. 12005 Ven.* : *om.* X O **122** flammeum R² D *Ven.* : flamineum X flammineum O flameum η | *v.* **123** *colloc. post v. 118* X D *post v. 117* O | *v.* **125** *om.* O.

Ne diu taceat procax
fescennina *i*ocatio,
nec nuces pueris neget
desertum domini audiens
concubinus amorem. 130

Da nuces pueris, iners
concubine; satis diu
lusisti nucibus; lubet
iam servire Talasio.
Concubine, nuces da. 135

Sordebant tibi vilicae,
concubine, hodie atque heri:
nunc tuum cinerarius
tondet os. Miser, a! miser
concubine, nuces da. 140

Dicer*i*s male te a tuis
unguentate glabris marite
abstinere; sed abstine.
Io Hymen Hymenaee io,
⟨io Hymen Hymenaee.⟩ 145

Scimus haec tibi quae licent
sola cognita; sed marito
ista non eadem licent.
Io Hymen Hymenaee io,
io Hymen Hymenaee. 150

126 taceat R^{3} : taceatis X m O **127** fescennina X D^{3} : foscennina O D | iocatio *Heinsius edd.* : locatio X O locutio X^{2} m D **132** diu X : domini O **134** nam O **136** uillice X m : iulice O **139** miser a *edd.* : miser ah X D *Ven.* misera O **141** diceris *Parm.* : diceres X O | male G R^{3} : malle G^{2} R m O **147** soli *cod. Paris. 8233 Stat. Heinsius Skutsch* | *v.* **150** *om.* O.

Nupta, tu quoque, quae tuus
vir petet, cave ne neges,
ni petitum aliunde eat.
Io Hymen Hymenaee io,
io Hymen Hymenaee. 155

En tibi domus ut potens
et beata viri tui,
quae tibi sine servi*at*,
io Hymen Hymenaee io,
io Hymen Hymenaee, 160

usque dum tremulum movens
cana tempus anilitas
omnia omnibus annuit.
Io Hymen Hymenaee io,
io Hymen Hymenaee. 165

Transfer omine cum bono
limen aureolos pedes,
rasilemque subi forem.
Io Hymen Hymenaee io,
io Hymen Hymenaee. 170

151 tuus O *Ven.* : tuis X D **153** ne R^2 m | *v.* **155** *om.* X O *rest.* X^2 **158** seruiat *B. Pisanus Parth. edd.* : seruit X O (fine seruit R^3 D) (sine) fine erit *Avant. Lachmann Haupt* | *v.* **160** *om.* O **162** anilitas D^4 η (ann– λ) : anilis (ann– X) etas X O D | *v.* **165** *om.* O **168** rasilemque X^2 m D : rassilemque X nassilemque O | *v.* **170** *om.* O.

Aspice, unus ut accubans
vir tuus Tyrio in toro
totus immineat tibi.
Io Hymen Hymenaee io,
io Hymen Hymenaee. 175

Illi non minus ac tibi
pectore uritur intimo
flamma, sed penite magis:
io Hymen Hymenaee io,
io Hymen Hymenaee. 180

Mitte bracchiolum teres,
praetextate, puellulae,
iam cubile adeat viri.
Io Hymen Hymenaee io,
io Hymen Hymenaee: 185

vos, bonae senibus viris
cognitae bene feminae,
collocate puellulam.
Io Hymen Hymenaee io,
io Hymen Hymenaee. 190

Iam licet venias, marite;
uxor in thalamo tibi est,
ore floridulo nitens
alba parthenice velut
luteumve papaver. 195

171 unus X O *Schuster Weinreich* : intus *Stat. Riese Schwabe Mynors Pöschl* imus *Fruterius* unctus *Barth* **176** ac R : hac G O at λ **177** uritur G O D : urimur G[3] R m **182** puellulae η : puelle X m O **183** adeant X m **186** uos *Avant.* : o λ *Baehrens Merrill om.* X O | uiris *cod. Leid. a. 1453* λ *Stat.* : unis X O **187** bene R[4] *Calph.* : berue X O breue D *Ital.* bonis *vel* senes *Passerat*

At, marit*e*, *i*ta me iuven*t*
caelites, nihilo minus
pulcer es, neque te Venus
neglegit. Sed abit dies;
perge, ne remorare. 200

Non diu remorat*us* es,
iam venis. Bona te Venus
iuverit, quoniam palam
quod cupis cupis et bonum
Non abscondis amorem. 205

Ille pulveris *Af*rici
siderumque micantium
subducat numerum prius,
qui vestri numerare vult
multa milia lud*i*: 210

188 puellulam η λ : puellam X O puellas A **192** tibi est *cod. Paris. 7989 Bentley* : est tibi X O **194** uelut β : uultu G R[2] m D uult G[2] R O | *vv.* **196–200**, *quos codd. collocant post v. 198, huc Scaliger revocavit* **196** at marite ita meiuuent *Scaliger edd.* : ad maritum tamen iuuenem *codd.* **198** pulcher es *Robortellus* : pulcre res X O | neque θ : nec X O **199** abit θ *Ald.*[1] : abiit X O **200** remorare O rememorare X m **201** remoratus *Calph.* : remorata X m D remota O **203** iuuerit θ *Avant.* : inuenerit X O **204** cupis cupis R O : cupis capis G R[1] m D *(recte?)* **205** abscondis ζ η : abscondas X O *Ven.* **206** africi *Heinsius* (–cei *Lachmann*) : ericei X O erithei D[2] λ *Ven.* **209** uestri D[2] β *Scaliger* : nostri X O D uostri *Ital.* | uult *Calph.* : uolunt X O **210** ludi *Rom.* (ludei *Scaliger*) : ludere X O *Ven. Parm.*

ludite *ut* lubet et brevi
liberos date. Non decet
tam vetus sine liberis
nomen esse, sed indidem
semper ingenerari. 215

Torquatus volo parvulus
matris e gremio suae
porrigens teneras manus
dulce rideat ad patrem
semihiante labello. 220

Sit suo similis patri
Manlio et facile insciis
noscitetur ab omnibus,
et pudicitiam sua*e*
matris indicet ore. 225

Talis illius a bona
matre laus genus approbet,
qualis unica ab optima
matre Telemacho manet
fama Penelopeo. 230

211 ludite ut *Parth.* : et ludite et X O et ludite D^2 *(ut vid.)* et ludite ut η^2 **215** ingenerari X D^2 : ingenerati O D ingenerarier λ **216** torquatus X : torcutus O **217** e X m : et O **220** semihiante *Scaliger* : sed mihi ante X O **222** manlio X : maulio O mallio A δ | facie *Burman* | insciis R^3 (–ieis *Lachmann*) : insciens *codd.* *Giri* **222–223** omnibus | n. ab insciis *Dawes* **223** omnibus X O : obuieis *Platner* **224** suae *Calph.* : suam X O suo R^2 **226–227** bona matre | laus X O : *rest. edd.* **228** ab *om.* O **229** telemacho η *Parm.* : theleamaco X m thelamacho O **230** penelopeo O : penolopeo X m.

Claudite ostia, virgines;
lusimus satis. At, boni
coniuges, bene vivite et
munere assiduo valentem
exercete iuventam. 235

62

Vesper adest, iuvenes, consurgite: Vesper Olympo
expectata diu vix tandem lumina tollit.
Surgere iam tempus, iam pinguis linquere mensas,
iam veniet virgo, iam dicetur hymenaeus.
Hymen o Hymenaee, Hymen ades o Hymenaee! 5

231 ostia D *Ital.* : hostia X O **232** at boni D[2] R[4] ζ η : ad bolnei X ad bonlei O ad bonei D **233** bene uiuite R[4] D[4] ζ η : bone uite X O **234** assiduo ζ η : assidue X O **235** exercete X : exercere O.

c. **62** – E. A. Mangelsdorff cf. c. 61. – L. Perelli, Il carme 62 di Catullo e Saffo, RFIC 28, 1950, p. 289–312. – L. Ferrero, Interpretazione . . ., p. 314–339 cf. Conspect. libr. III. – R. Merkelbach, Boukoliastai (Der Wettgesang der Hirten), RhM N. F. 99, 1956, p. 124–127. – E. Fraenkel, Vesper adest, (Catullus LXII) JRS 45, 1955, p. 1–8. – E. Wistrand, De Catulli carm. 62 v. 33 sqq. interpretandis, Eranos 59, 1961, p. 49–53. – L. Alfonsi, Nota Catulliana, Studii clasice 12, 1970, p. 139–140.

Epithalamium catulli T | *ad v.* **11** *adscribunt* turba uirorum G turba uirum R m; *ad. vv.* **6. 11. 20. 26. 39** puelle, *ad vv.* **26. 49** iuuenes *codd. eidem* **3** pinguis O T : pingues X m | linquere X T : liquere O.

Cernitis, innuptae, iuvenes? consurgite contra;
nimirum Oetaeos ostendit Noctifer *ign*es.
Sic certes*t*; viden ut perniciter exiluere?
Non temere exiluere; canent quod vi*nc*ere par est.
Hymen o Hymenaee, Hymen ades o Hymenaee! 10

Non facilis nobis, aequales, palma parata est;
aspicite, innuptae secum ut meditata requirunt.
Non frustra meditantur; habent memorabile quod sit.
Nec mirum, penitus quae tota mente laborant.
Nos alio mentes, alio divisimus aures; 15
iure igitur vincemur: amat victoria curam.
Quare nunc animos saltem convertite vestros;
dicere iam incipient, iam respondere decebit.
Hymen o Hymenaee, Hymen ades o Hymenaee.

Hespere, quis caelo fertur crudelior ignis? 20
Qui natam possis complexu avellere matris,
complexu matris retinentem avellere natam

6 consurgite contra X O : consurgi eretera T **7** oeta eos T : hoc eos X O | ignes *Pall.* : imber X O imbres T **8** certest *Haupt* (certe est *Stat.*) : certe si X O certe X² m certes .i. T **9** canent X O T : cauent *Ven.* | quod T *Passerat Haupt* : quo X O quos *B. Guar. Muretus* | uincere *Avant. B. Guar.* : uisere X O T *Ven. Pighi Quinn* | par est T : parent X O **11** nobis X O : nobilis T | aequales *Parth. edd.* : (a)equalis X O T **12** aspicite X T : aspice O | innupte T : innupte que X innupte querunt O | meditata requirunt T (–quaer– D) *cf. gloss. Ball. Ellis 1878* : meditare querunt X O **13** habent X T : hunc O | memorabile X O : memora psile T | *v.* **14** T *habet solus* **15** nos X O : non T λ **16** uincemur X O T : uincentur *Ven.* **17** nunc T : non X O | animos X O T : alios D | conuertite T: committite X O **18** incipient X O T¹ : incipiant T **20** quis T : qui X O | fertur X O T *Parm.* : lucet R³ *Ven.* (*cf. v. 26*) **22** auellere X O : auelle T.

et iuveni ardenti castam donare puellam.
Quid faciunt hostes capta crudelius urbe?
  Hymen o Hymenaee, Hymen ades o Hymenaee! 25
Hespere, quis caelo lucet iucundior ignis?
Qui desponsa tua firmes conubia flamma,
quae pepigere viri, pepigerunt ante parentes,
nec iunxere prius quam se tuus extulit ardor.
Quid datur a divis felici optatius hora? 30
  Hymen o Hymenaee, Hymen ades o Hymenaee!

Hesperus e nobis, aequales, abstulit unam
. . . .
Namque tuo adventu vigilat custodia semper,
nocte latent fures, quos idem saepe revertens,
Hespere, mutato comprendis nomine eosdem. 35
At lubet innuptis ficto te carpere questu.
Quid tum, si carpunt, tacita quem mente requirunt?
  Hymen o Hymenaee, Hymen ades o Hymenaee!

25 kymeno, kymeneae kymenades o kymeneae T *(ut in vv. similibus, semper cum* k *initiali)* **26** quis T : qui X O | iucundior T *B. Guar.* : iocundior X O **27** firmes X O : fines T **28** quae T : quo X O quod R[4] λ η | uiri X O : uir T **29** iunxere T : uinxere O **30** a *om.* T **32** e *codd.* : a λ *Ven. Calph.* **32** (a)equales X O : equalem X[2] m D aequalis T | *post v. 32 lacunam esse perspexit Trinc.* **35** comprendis G[2] D conprendis O : comprehendis X m comperendis T | eosdem X O : eospem T eous *Schrader Schuster Cazzaniga Fraenkel Mynors* **36** at lubet λ *Ital.* : at libet X O adlucet T **37** quid tum D λ α : quod tamen X O quid tamen X[2] (tum R[2]) quittum T | carpiunt T | quem D ζ θ : quam X O quem a T.

Vt flos in saeptis secretus nascitur hortis,
ignotus pecori, nullo convolsus aratro, 40
quem mulcent aurae, firmat sol, educat imber;
multi illum pueri, multae optavere puellae;
idem cum tenui carptus defloruit ungui,
nulli illum pueri, nullae optavere puellae;
sic virgo, dum intacta manet, dum cara suis est; 45
cum castum amisit polluto corpore florem,
nec pueris iucunda manet nec cara puellis.
Hymen o Hymenaee, Hymen ades o Hymenaee!

Vt vidua in nudo vitis quae nascitur arvo
numquam se extollit, numquam mitem educat uvam, 50
sed tenerum prono deflectens pondere corpus
iam iam contingit summum radice flagellum;
hanc nulli agricolae, nulli coluere iuvenci;
at si forte eadem est ulmo coniuncta marito,
multi illam agricolae, multi accoluere iuvenci; 55
Sic virgo dum intacta manet, dum inculta senescit;
cum par conubium maturo tempore adepta est,

45 Quint. 9, 3, 16.

39 in *codd.* qui in *Spengel* si in *Baehrens* **40** conuolsus T : contusus X² D (*?*X) conclusus O **41** quem mulcent aurae firmat X O : quae mulcens aure firma T | *post v. 41 lacunam unius versus esse statuerunt Spengel Wilamowitz Fraenkel : nec recte, ut suspicantur Eisenhut Mynors Granarolo* | *vv.* **43–44** *om.* O T **45** intacta *codd.* : innupta *Quinn* | dum² A α δ *Quint. Ven.* : tum G m O T cum R | suis est T *Quint.* : sui sed X O suis sed R² D λ *Ven.* **49** ut X O : et T **50** numquam mitem (uitem O) educat X O : quam muniteam ducat T **51** deflectens X O : perflectens T **53** nulli coluere m O D nulli colluere (*corr.* R²) X : multi acoluere T nulli accoluere *Lafaye Cazzaniga* **54** at si X O : apsi T | marita T **54–55** *om.* D *rest.* D⁴ **55** accoluere X m O D⁴ *Ven. Merrill Lafaye* : acoluere T coluere λ η *Lachmann Schwabe* **56** intacta X O T : intrita λ innupta *Quint. Weber Pleitner Castiglioni* | dum² X O : tum T.

cara viro magis et minus est invisa parenti.
⟨Hymen o Hymenaee, Hymen ades o Hymenaee!⟩ 58 b

Et tu ne pugna cum tali coniuge, virgo.
Non aequom est pugnare, pater cui tradidit ipse, 60
ipse pater cum matre, quibus parere necesse est.
Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est,
tertia pars patri, pars est data tertia matri,
tertia sola tua est: noli pugnare duobus,
qui genero sua iura simul cum dote dederunt. 65
⟨Hymen o Hymenaee, Hymen ades o Hymenaee!⟩

63

Super alta vectus Attis celeri rate maria

58 cara R^1 : cura *codd.* | uiro G O D T : uirgo R D^2 *Ital.* (magis uirgo *Ven. Calph.*) **58b** *add. Muretus* **59** tua T | ne λ *B. Guar.* : nec *codd.* **60** (a)equom T : equo X O **61** ipse *om.* R *rest.* R^2 | *v.* **62** *om.* T **63** pars patri X O D : patris T pars patrist *Haupt Mynors* pars patris est *Muretus* | pars est T : data pars X m est O **64** sola tua est noli pugnare X O : solit tu est noli tuignare T.

c. **63** – O. Weinreich, Catulls Attisgedicht, Mélanges Cumont, Bruxelles 1936, p. 463–500. – J. P. Elder, Catullus' Attis, AJPh 68, 1947, p. 394–403. – A. M. Guillemin, Le poème 63 de Catulle. REL 27, 1949, p. 149–157. – J. A. Schröder, Attis en Cybele, Hermeneus 22, 1949, p. 176–177. – P. W. Harkins, Autoallegory in Catullus 63 and 64, TAPhA 90, 1959, p. 102–116. – T. Oksala, Catulls Attis-Ballade: Über den Stil der Dichtung und ihr Verhältnis zur Persönlichkeit des Dichters, Arctos 3, 1962, p. 199–213. – G. N. Sandy, The imagery of Catullus 63, TAPhA 99, 1968, p. 389–399. – R. C. Ross, Catullus 63 and the galliambic meter, CJ 64, 1969, p. 145–152. – P. Oksala, Das Geschlecht des Attis bei Catull, Arctos N. S. 6, 1969: 1970, p. 91–96. – G. N. Sandy, Catullus 63 and the theme of mariage, AJPh 92, 1971, p. 185–195.

1 Mar. Victorin., gramm., VI p. 154 K; Ter. Maur., VI p. 411 K.

1 attis *Mar. Victorin., Ter. Maur.* : actis X O athis D *Ital.* atys *Ven.* | celeri θ : celere X O celerei *Baehrens.*

Phrygium ut nemus citato cupide pede tetigit
adiitque opaca silvis redimita loca deae,
stimulatus *i*bi furenti rabie vagus animis
devol*s*it ile*i* acuto sibi ponder*a* silice; 5
itaque ut relicta sensit sibi membra sine viro,
etiam recente terrae sola sanguine maculans
niveis citata cepit manibus leve typanum,
typanum tu*o*m, Cybe*b*e, tua, mater, initia,
quatiensque terga tauri teneris cava digitis 10
canere haec suis adorta est tremebunda comitibus:
«Agite ite ad alta, Gallae, Cybeles nemora simul,
simul ite, Dindymenae dominae vaga pecora,
aliena quae petentes velut exules loca
sectam meam executae duce me mihi comites 15
rapidum salum tulistis truculentaque pelagi
et corpus evirastis Veneris nimio odio,
hilarate er*ae* citatis erroribus animum.
Mora tarda mente cedat; simul ite, sequimini

2 Bassus, VI p. 262, 263 K.

2 ut *om. Bassus utroque loco* **3** rheae *L. Mueller* **4** ibi *Trinc.* : ubi X O | animis α *Lachmann* : amnis X O animus λ animi *Parth.* **5** deuolsit *Haupt* : deuoluit X O | ili (ilei) *Bergk* : iletas X O lectas *Ven.* | pondera silice *Avant.* : pondere silices X O **7** maculans ζ η : maculas X m O **8–9** typanum *Scaliger* : timpanum (tym–G) X O **9** tuom *Lachmann* : tubam X O | cybebe *Sillig* : cibeles X O cybebes *Bentley* | tua *Calph.* : tu X O tum D **10** que D α : quod X O | tauri ζ (–rei *Lachmann*) : tauri et X O **12** cybeles *Ven.* : cibeles X cibelles O cybales D **13** dindymenae λ *edd.* : dindimene X O dindimenee G^2 m D | pecora *Ital. Avant.* : pectora X O *Ven.* **14** aliena quae *Parth. edd.* : alienaque X O | loca *B. Guar.* : loca celeri X O **15** execut(a)e X O : excute R^2 secutae *Bergk* **16** pelage *Victorius* **17** euirastis X D : euitastis m O **18** (h)erae citatis *Avant.* : crocitatis X D ere citatis R^2 erocitatis O aere citatis *Lachmann* (aere *iam Parm.*) | animum ε : an animum X O **19** cedat X O : cedit G^2.

Phrygiam ad domum Cybe*b*es, Phrygia ad nemora deae, 20
ubi cymbalum sonat vox, ubi tympana reboant,
tibicen ubi canit Phryx curvo grave calamo,
ubi capita Maenades vi iaciunt *h*ederiger*ae*,
ubi sacra sancta acutis ululatibus agitant,
ubi suevit illa divae volitare vaga cohors; 25
quo nos decet citatis celerare tripudiis.»
Simul haec comitibus A*t*tis cecinit notha mulier,
thiasus repente linguis trepidantibus ululat,
leve tympanum remugit, cava cymbala recrepant,
viridem citus adit Idam properante pede chorus. 30
Furibunda simul anhelans vaga vadit, anim*am* agens,
comitata tympano A*t*tis per opaca nemora dux,
veluti iuvenca vitans onus indomita iugi;
rapidae ducem secuntur Gallae proper*i*pedem.
Itaque ut domum Cybe*b*es tetigere lassulae, 35
nimio e labore somnum capiunt sine Cerere.
Piger his labante languore oculos sopor operit;
abit in quiete molli rabidus furor animi.
Sed ubi oris aurei Sol radiantibus oculis
lustravit aethera album, sola dura, mare ferum, 40
pepulitque noctis umbras vegetis sonipedibus,

38 Fest., p. 338 L.

20 cybebes *Bentley* : cibeles X cibelles O | rheae *L. Mueller* **23** menades ui θ *Parm.* : menade sui X O *Ven.* menades sui D | (h)ederigerae *Calph.* : ei derigere X O **27** attis *edd.* : atris X O D athis D[2] actis ζ η | notha O : nota X noua η **28** thiasus A : thiasiis X D th*siis m thiasis O **31** animam agens *Lachmann* : animagens G[2] R m O ?G animo gemens *Ven.* **32** attis *edd.* : actis X O D athys D[3] **33** iugi η[2] *Ven.* : luci X O **34** rapidae *Ital. Ven.* : rapide X O | properipedem *B. Venator* : propere pedem X O **35** cybebes *Bentley* : cibeles X cibelles O cybales D **37** ocellos D **38** abiit X | molli θ *Fest.* : mollis X O **39** oris aurei θ : horis aureis X O **41** pepulit X O : repulit D[2] reppulit D[3] η *Ven. Calph.*

ibi Somnus excitum Attin fugiens citus abiit;
trepidante eum recepit dea Pasithea sinu.
Ita de quiete molli rapida sine rabie
simul ipse pectore Attis sua facta recoluit, 45
liquidaque mente vidit sine quis ubique foret,
animo aestuante rusum reditum ad vada retulit.
Ibi maria vasta visens lacrimantibus oculis,
patriam allocuta maestast ita voce miseriter:
«Patria o mei creatrix, patria o mea genetrix, 50
ego quam miser relinquens, dominos ut erifugae
famuli solent, ad Idae tetuli nemora pedem,
ut aput nivem et ferarum gelida stabula forem
et earum omnia adirem furibunda latibula,
ubinam aut quibus locis te positam, patria, reor? 55
Cupit ipsa pupula ad te sibi dirigere aciem,
rabie fera carens dum breve tempus animus est.
Egone a mea remota haec ferar in nemora domo?
patria, bonis, amicis, genitoribus abero?
abero foro, palaestra, stadio et gym*i*nasiis? 60
Miser a! miser, querendum est etiam atque etiam, anime.

42 excitam *Lachmann Mynors* **43** eum D[1] α : cum X O | pasithea ζ : pasitheo X O **45** ipse *codd. Ven.* : ipsa *B. Guar. edd.* | attis G : actis R atris O athis D **46** sine quis *Ital.* : sineque his X sineque is O *Ven.* **47** aestuante rusum *Calph.* (aestuante γ rusum η *Victorius*) : estuanter usum X O extuanter uisum D | retulit X O : tetulit *Calph. edd.* **48** ocellis D[2] **49** maestast ita uoce miseriter *Trinc.* : est ita uoce miseritus (miseriter G[2] R[3] m[2]) maiestas (maiestates R[2] m[2]) X m est ita uoce miseritus magestates O uoce est ita moestula misere λ **52** retuli X **53** aput ε : caput (–d) X O | stabula D : stabilia X O stabilla X[2] m **54** omnia *codd.* : opaca *L. Mueller* **55** patriam O **56** pupula D η : popula X O | ad te β : atte X O ate D **60** gyminasiis *Mynors* (gum– *Ellis*) : ginnasiis X gummasiis O gymnasiis G[2] δ (gim–) *Avant. Ellis* **61** a *Ital.* : ah X ha O.

Quod enim genus figura est, ego non qu*o*d *o*bierim?
Ego mulier, ego adolescens, ego ephebus, ego puer!
Ego g*y*mnas*i* fui flos, ego eram decus olei;
mihi ianuae frequentes, mihi limina tepida; 65
mihi floridis coro*ll*is redimita domus erat,
linquendum ubi esset orto mihi sole cubiculum.
Ego n*unc* deum ministra et C*y*beles famula ferar?
ego Maenas, ego mei pars, ego vir sterilis ero?
ego viridis algida Idae n*iv*e amicta loca colam? 70
Ego vitam agam sub altis Phrygiae columinibus,
ubi cerva silvicultrix, ubi aper nemorivagus?
Iam iam dolet quod egi, iam iamque paenitet.»
  Roseis ut hinc labellis sonitus ⟨citus⟩ abiit,
geminas deorum ad auris nova nuntia referens, 75
ibi iuncta iuga resolvens Cybele leonibus
laevumque pecoris hostem stimulans ita loquitur:
«Agedum, inquit, age ferox *i*, fac ut hunc furor ⟨agitet⟩,
fac ut*i* furoris ictu reditum in nemora ferat,
mea libere nimis qui fugere imperia cupit. 80

62 figuraest *Lachmann* : figura est X O | quod obierim *Stat.* : quid abierim X O quod habuerim *Scaliger* **64** gymnasi *Ital.* (–ei *Ellis edd.*) : gimnasti X O | fui O D : sui X | olei D : oley X O **66** corollis *Calph.* : circulis X O coronis λ **67** linquendum D *Ven.* : liquendum X O | sole ζ : solo X O **68** nunc *Santen* : nec X O | deum X O : rheae *L. Mueller* deae *Riese* | cybeles *Ven.* : cibeles X cibelles O | ferar γ : ferarum X O **70** niue *Calph.* : nene X O **71** columinibus θ : columnibus X O culminibus *Bentley* **74** hinc X O D : huic θ *Mynors* hic λ ζ *Schwabe* | citus *suppl. Bentley* : palam λ pauide *Schuster* celer *Heyse* | abiit η *Lachmann* : adiit X O **75** deorum *codd.* : matris *Lachmann* **76** ibi ζ : ubi X O | cybele *Ital. Parth. edd.* : cibele X cibelle O cybeles D **77** pecoris *cod. Vatic. lat. 1608 edd.* : pectoris X O **78** i *suppl. Scaliger* | fac X O : face *Rom.* (*id.* 79 et 82) | age dum inquit : ege age ferox ut hunc furor *Ven.* | agitet *suppl. ed. Cantabr. 1702* ferat *Pighi* **79** uti *Lachmann* : ut X O ut hunc ζ η | ictu R^3 : ictum X m O.

Age caede terga cauda, tua ver*b*era patere,
fac cuncta mugienti fremitu loca retonent,
rutilam ferox torosa cervice quate iubam.»
Ait haec minax Cybe*b*e religatque iuga manu.
Ferus ipse sese adhortans rapidum incitat animo, 85
vadit, fremit, refringit virgulta pede vago.
At ubi umida albicantis loca litoris adiit,
tenerumque vidit Attin prope marmora pelagi,
f*a*cit impetum; ille demens fugit in nemora fera;
ibi semper omne vitae spatium famula fuit. 90
Dea magna, dea Cybe*b*e, dea domina Dindimei
procul a mea tuos sit furor omnis, era, domo;
alios age incitatos, alios age ra*b*idos.

64

Peliaco quondam prognatae vertice pinus

81 cede R O : a cede G age cede G^2 | tergo X | uerbera *Calph.* : uerum uera X O **82** fac *codd.* : face *Heusch* **84** cybebe *Bentley* : cibele X cibelle O **85** adhortans D^4 *Ald.*[2] : adhorta lis X adortalis m O adoram talis D **87** umida *edd.* : humida X *Ven.* bumida O ultima *Calph.* **88** tenerumque X O *Ven.* : teneramque *Lachmann edd. Mynors dubitans* | attin G O : actin R athin D | marmora pelagi γ : marmorea pelago X O -rea -ga *Parm.* **89** facit λ *Calph.* : fecit X ficit O | illa *Lachmann edd.* **90** omne X : esse O **91** cybebe *Bentley* : cibele X cibelle O | dindymi (-ei) *Calph.* : dindimei X m^2 O dindimenei G^1m **92** tuos *Ellis* : tuo X O tuus A *Ven.* **93** rabidos θ : rapidos X O.

c. 64 – C. Pascal, Il carme 64 di Catullo, SIFC 12, 1904, p. 219–227. – E. A. Mangelsdorff cf. c. 61. – L. L. Sell, De Catulli carmine LXIV quaestiones, New York 1918. – G. Pasquali, Il carme 64 di Catullo, SIFC N. S. 1, 1920, p. 1–23. – L. Herrmann, Le poème 64 de Catulle et Virgile, REL 8, 1930, 211–221. – G. Perrotta, Il

dicuntur liquidas Neptuni nasse per undas
Phasidos ad fluctus et fines *Aeetaeos*,
cum lecti iuvenes, Argivae robora pubis,
auratam optantes Colchis avertere pellem
ausi sunt vada salsa cita decurrere puppi,
caerula verrentes abiegnis aequora palmis.
Diva quibus retinens in summis urbibus arces
ipsa levi fecit volitantem flamine currum,
pinea coniungens inflexae texta carinae. 10
Illa rudem cursu prima imbuit Amphitrite*n*.

carme 64 di Catullo e i suoi pretesi originali ellenistici, Athenaeum 9, 1931, p. 177–222; 370–409. – R. Waltz, Caractère, sens et composition du poème 64 de Catulle, REL 23, 1945, p. 92–109. – F. Klingner, Catulls Peleus-Epos, SBAW Phil.-hist. Kl. 1956. – C. S. Floratos, Über das 64. Gedicht Catulls, Athenai 1957. – P. W. Harkins cf. c. 63. – N. Scivoletto, La protasi del c. 64 di Catullo, GFI 12, 1959, p. 340–348. – M. C. J. Putnam, The art of Catullus 64, HSPh 65, 1961, p. 165–205. – D. F. S. Thomson, Aspects of Unity in Catullus 64, CJ 57, 1961/62, p. 49–57. – T. K. Kinsey, Irony and Structure in Catullus 64, Latomus 24, 1965, p. 911–931. – L. C. Curran, Catullus 64 and the heroic age, Studies in latin Poetry, YClS 21, 1969, p. 171–192. – G. Kilroy, The Dido episode and the sixty-fourth poem of Catullus, SO 44, 1969, p. 48–60. – J. C. Bramble, Structure and Ambiguity in Catullus LXIV, PCPhS 196, 1970, p. 22–41.

1 *Mar. Victorin., gramm.*, VI p. 135 K.

1 peliaco *Mar. Victorin.*, α : pelliaco X O **2** neptuni O : neptumni R m –nni G D **3** phasidos G[2] R[3] m[2] fas– D : fascidicos X m fasidicos O | aeetaeos *Ald.*[1] : oeticos X m ceticos O oeaetaeos R[4] oetheios *Ven.* aeetheios *Parth.* aeetheos *Haupt* **4** pubis R[4] *Ven.* : puppis X D pupis O **7** uerrentes X[2] m D : uerentes X O uertentes *Ital.* **10** testa X **11** prima D β δ : primam X m *Spengel Floratos om.* O proram O[2] *Baehrens Lenchantin Quinn* | amphitriten *edd.* : amphitritem X aphitrite O *Quinn* amphitrionem R[2] m[2] (prora imbuit) amphitriten *Postgate.*

Quae simul ac rostro ventosum proscidit aequor,
to*r*taque remigio spumis incanuit unda,
emersere f*r*e*t*i candenti e gurgite vultus
aequoreae monstrum Nereides admirantes. 15
Illa atque ⟨haud⟩ alia viderunt luce marinas
mortales oculis nudato corpore Nymphas
nutricum tenus extantes e gurgite cano.
Tum Thetidis Peleus incensus fertur amore,
tum Thetis humanos non despexit hymenaeos, 20
tum Thetidi pater ipse iugandum Pelea sensit.
O nimis optato saeclorum tempore nati
heroes, salvete, deum genus, o bona matr*um*
progenies, salvete iter*um* . . . . 23 b
Vos ego saepe, meo vos carmine compellabo,
teque adeo eximie taedis felicibus aucte, 25
Thessaliae columen, Peleu, cui Iupiter ipse,
ipse suos divum genitor concessit amores.
Tene Thetis tenuit pulcerrima Neptunine?
tene suam Tethys concessit ducere neptem,

23 schol. Veron. Verg. Aen. 5,80
12 proscidit G^2 R m : procidit G O **13** tortaque *Trinc.* : totaque X O | incanuit *Ital. Ald.*[1] : incanduit X O **14** freti *Schrader edd.* : feri X O *Quinn* **16** atque haud *Bergk Schuster Mynors* : atque X *om.* O siqua *Lachmann Haupt* alia atque *Vahlen* (illac) hautque *Schwabe* (illac) atque *P. Oksala* | uiderunt D ζ η *Ven.* : uidere X O **19** tum X m D : cum O **20** tum m D : cum X m^2 O **21** tum *Ald.*[1] : cum *codd.* | sensit *codd.* : sanxit *Pontanus* **22** seclorum R^2 λ : seculorum X O **23** genus X O : gens *schol. Veron. Madvig* | matrum *schol. Veron.* : mater X O D matre X^2 m Marte *Baehrens* **23b** *schol. Veron. Orioli* : *om. codd.* iter]um : *suppl.* um *Sillig Haupt e Verg. Aen. 5, 80* iterum saluete bonarum *coni. Peerlkamp* **25** tedis O : thetis X thetidis λ η **26** cui X O : cum D **28** neptun(n)ine D *Ven. edd.* : nectine X O neptine X^2 neutunne R^2 neptimine R^4 nereine *Haupt edd.* **29** tethys γ *Ven.* : thetis X O.

Oceanusque, mari totum qui amplectitur orbem? 30
Quae simul optatae finito tempore luces
advenere, domum conventu tota frequentat
Thessalia, oppletur laetanti regia coetu;
dona ferunt prae se, declarant gaudia vultu.
Deseritur Scyros, linquunt Pthiotica Tempe, 35
*C*ra*n*nonisque domos ac moenia Larisaea,
Pharsaliam coeunt, Pharsalia tecta frequentant.
Rura colit nemo, mollescunt colla iuvencis,
non humilis curvis purgatur vinea rastris,
non glebam prono convellit vomere taurus, 40
non falx attenuat frondatorum arboris umbram,
squalida desertis rubigo infertur aratris.
Ipsius at sedes, quacumque opulenta recessit
regia, fulgenti splendent auro atque argento.
Candet ebur soliis, collucent pocula mensae, 45
tota domus gaudet regali splendida gaza.
Pulvinar vero divae geniale locatur
sedibus in mediis, Indo quod dente politum
tincta tegit roseo conchyli purpura fuco.
Haec vestis priscis hominum variata figuris 50
heroum mira virtutes indicat arte.
Namque fluentisono prospectans litore Diae
Thesea cedentem celeri cum classe tuetur
indomitos in corde gerens Ariadna furores:

31 optatae D (-te ζ) : optato X O | finite O **32** aduenere ζ η *Ven.* : adlenire X O **35** scyros η *Ven.* : syros X siros O cieros *Meineke Merrill edd.* **36** crannonisque *Victorius* : graiunonisque X m graumonisque O D graiugenasque R[4] *Ven.* | moenia larisaea θ : nicenis alacrisea X (nicenis alarissa *Parm.*) n. alacrissea O nitenis larissea *Ven.* **37** pharsaliam λ A R[4] farsaliam X O : pharsalum *Pontanus Mynors* **43** at *cod. Paris. lat. 8234 Parm.* : ad *codd. Ven.* **48** aedibus *A. Guar.* **52** litore G O : litora R | die ε : dia R O dya G **54** ariadna R[4] η *Ven.* : adriana X O.

necdum etiam sese quae vi*si*t vise*re* credit, 55
utpote fallaci quae tum primum excita somno
desertam in sola miseram se cernat harena.
Immemor at iuvenis fugiens pellit vada remis,
irrita ventosae linquens promissa procellae.
Quem procul ex alga maestis Minois ocellis, 60
saxea ut effigies bacchantis, prospicit, *e*heu!
prospicit et magnis curarum fluctuat undis,
non flavo retinens subtilem vertice mitram,
non contecta levi nudatum pectus amictu,
non tereti strophio lactentis vincta papillas, 65
omnia quae toto delapsa e corpore passim
ipsius ante pedes fluctus salis adludebant.
Sed neque tum mitrae neque tum fluitantis amictus
illa vicem curans toto ex te pectore, Theseu,
toto animo, tota pendebat perdita mente. 70
A! misera, assiduis quam luctibus externavit
spinosas Erycina serens in pectore curas
illa tempestate, ferox quo e*x* tempore Theseus
egressus curvis e litoribus Piraei
attigit iniusti regis *G*ortynia templa. 75

65 Isid. etym. 8, 33,3 **71–72** Non. p. 134 L (*ad verb.* externauit)

55 quae uisit uisere *Vossius edd.* : que sui tui (terni R[2]) se X O | credit *codd.*; credites R[3] credidit R[4] **56** tunc O **61** saxea X[2] m D[4] : saxa X O sassea D | eheu *Bergk* : heue XO euoe *Ald.*[1] **62** et X[2] m D : con O ?X **64** contenta O | uelatum G **65** lactentis *codd. edd.* : lactantes *Isid. or. 19, 22 Manzo* **66** delapsa e D[3] ζ η *Ven.* : delapso e R m delapso G D delapse O **68** sed D[1] ζ η *Ven.* : si X O ?D | tum *(bis)* X *Ven.* : tamen O **69** te *om.* O **71** a *Nonius* : ah X *Ven.* ha O **73** ferox quo ex *Ital. Lachmann edd.* : feroxque et X O ferox et λ *Ven.* | tempore X O : (qua) robore *Froehlich Schwabe* (qua) pectore *Peiper Pascal* **75** gortinia *Pall.* : cortinia X O | templa D[4] ε *Ven. Ald.*[1] *Mynors* : tempta X O tenta D «*alibi* tecta *legitur*» *Parth.* tecta *Pall. Ritschl Schuster Pöschl.*

Nam perhibent olim crudeli peste coactam
Androgeoneae poenas exsoluere caedis
electos iuvenes simul et decus innuptarum
Cecropiam solitam esse dapem dare Minotauro.
Quis angusta malis cum moenia vexarentur, 80
ipse suum Theseus pro caris corpus Athenis
proicere optavit potius quam talia Cretam
funera Cecropiae nec funera portarentur,
atque ita nave levi nitens ac lenibus auris
magnanimum ad Minoa venit sedesque superbas. 85
Hunc simul ac cupido conspexit lumine virgo
regia, quam suavis expirans castus odores
lectulus in molli complexu matris alebat,
quales Eurotae progignunt flumina myrtos
aurave distinctos educit verna colores,
non prius ex illo flagrantia declinavit
lumina quam cuncto concepit corpore flammam
funditus atque imis exarsit tota medullis.
Heu misere exagitans immiti corde furores,
sancte puer, curis hominum qui gaudia misces, 95
quaeque regis Golgos quaeque Idalium frondosum,
qualibus incensam iactastis mente puellam
fluctibus in flavo saepe hospite suspirantem!
Quantos illa tulit languenti corde timores!
Quanto saepe magis fulgore expalluit auri, 100

77 androgeoneae *Parm.* : cum androgeanee X cum -ne O **80** menia X : incenia O **82** proicere D *Ital.* : proiicere X prohicere O **83** nec funere *Stat.* sine funere *Lange* **89** eurotae *Ven.* : europe X O *Pighi ?*D | progignunt θ : pergignunt X O praecingunt *Baehrens Mynors* | mirtos R² O : mirtus X **94** immiti corda furore *Ramler* **96** quaeque¹ β : quique X m quod neque O | golgos *Herm. Barbarus (ut docet Muretus) P. Bembo (ut docet Stat.)* : colchos X *Ven.* choloos O **100** quanto X O : quam tum *Faernus Schuster Cazzaniga,*

cum saevum cupiens contra contendere monstrum
aut mortem appeteret Theseus aut praemia laudis!
Non ingrata tamen frustra munuscula divis
promittens tacito succendit vota labello.
Nam velut in summo quatientem brachia Tauro 105
quercum aut conigeram sudanti cortice pinum
indomitus turbo contorquens flamine robur
eruit (illa procul radicitus exturbata
prona cadit, lateque *cacumen it* obvia frangens),
sic domito saevum prostravit corpore Theseus 110
nequiquam vanis iactantem cornua ventis.
Inde pedem sospes multa cum laude reflexit
errabunda regens tenui vestigia filo,
ne labyrintheis e flexibus egredientem
tecti frustraretur inobservabilis error. 115
Sed quid ego a primo digressus carmine plura
commemorem, ut linquens genitoris filia vultum,
ut consanguineae complexum, ut denique matris
quae misera in gnata deperdita laeta*batur*
omnibus his Thesei dulcem praeoptarit amorem, 120
aut ut vecta rati spumosa ad litora Diae

102 appeteret O : oppeteret X m *Parm.* expeteret *Ven.* **104** succendit X O *Parm. Riese Ellis Zicàri Pighi* : succepit *Stat. edd.* subscepit *Laetus* suspendit *Ven.* **105** uelut X : uult O ueluti D **106** conigeram θ : cornigeram X O | sudanti G² R m D : fundanti G O **109** (late)que cacumen it obuia *Fink* : (late)que cum eius X O (late) qua est impetus *Lachmann* (l.) quaecumuis *Vossius* quaeuiscumque *Ellis Vahlen Fraenkel* (late)que furit uis *Madvig* | obuia X² m² O : omnia X m D **114** laberientheis R laberinthis O **116** a R³ η : cum X O **119** ingnata G O : ignata R m D ignara λ ζ | laetabatur *Lachmann edd.* : leta X O deflebat D⁴ lamentata est *Ellis* luctabatur *Rossbach* lamentatur *Buecheler Pighi* | quae misera gnata fleret deperdita luctu *B. Guar.* **120** praeoptarit *Stat. edd.* : portaret X O praeoptauit θ –ret *Laetus* **121** ut *om.* O | uecta G² R m D : necta G O | rati *Passerat* : ratis X O.

⟨venerit⟩, aut ut eam devinctam lumina somno
liquerit inmemori discedens pectore coniunx?
Saepe illam perhibent ardenti corde furentem
clarisonas imo fudisse e pectore voces, 125
ac tum praeruptos tristem conscendere montes,
unde aciem pelagi vastos per tenderet aestus,
tum tremuli salis adversas procurrere in undas
mollia nudatae tollentem tegmina surae,
atque haec extremis maestam dixisse querelis, 130
frigidulos udo singultus ore cientem:
«Sicine me patriis avectam, perfide, ab aris,
perfide, deserto liquisti in litore, Theseu?
Sicine discedens neglecto numine divum
immemor a! devota domum periuria portas? 135
Nullane res potuit crudelis flectere mentis
consilium? tibi nulla fuit clementia praesto,
inmite ut nostri vellet mi*se*rescere pectus?
At non haec quondam blanda promissa dedisti
voce mihi, non haec miserae sperare iubebas, 140
sed conubia laeta, sed optatos hymenaeos.
Quae cuncta aerii discerpunt irrita venti.

122 uenerit *suppl. Lachmann* fugerit *Froehlich* | deuinctam D[2] *Laetus* : deuincta X m O deuictam η **123** nemori G[2] **125** clarissimas D | ex O **126** tristem D[3] : tristes X O D tristis *Ven.* ostendere D **127** in *ante* pelagi *add.* ζ η *Calph. edd., nec recte, ut opinor* | per tenderet *Baehrens Lenchantin Schuster Eisenhut* : pretenderet G O protenderet R *Ven.* **130** hoc R **132** patris D O | auectam G[1] R[2] m[2] : auertam X m O **133** in *om.* O **134** discedens R O : discendens G **135** a *edd.* : ah X m[2] ad m ha O **136** nullane D β : nullaue X O | crudelis . . . mentis X[2] m D : crudeles . . . mentes X O **138** miserescere R[4] *Calph.* : mitescere X *Ven.* mirescere O **139** blanda O : nobis X *Ellis Haupt Vahlen* non haec *Stat.* **140** non β *Ven.* : nec X O | miser(a)e X O : miseram *Ric. 2242 Ven.* misera *Baehrens* **142** discerpunt R[4] D[2] δ : disserpunt X desserpunt O.

Nunc iam nulla viro iuranti femina credat,
nulla viri speret sermones esse fideles;
quis dum aliquid cupiens animus praegestit apisci, 145
nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt;
sed simul ac cupidae mentis satiata libido est,
dicta nihil metuere, nihil periuria curant.
Certe ego te in medio versantem turbine leti
eripui, et potius germanum amittere crevi, 150
quam tibi fallaci supremo in tempore deessem;
pro quo dilaceranda feris dabor alitibusque
praeda, neque in*i*acta tumulabor mortua terra.
Quaenam te genuit sola sub rupe leaena,
quod mare conceptum spumantibus expuit undis, 155
quae Syrtis, quae Scylla rapax, quae vasta Carybdis,
talia qui reddis pro dulci praemia vita?
Si tibi non cordi fuerant conubia nostra,
saeva quod horrebas prisci praecepta parentis,
at tamen in vestras potuisti ducere sedes, 160
quae tibi iucundo famularer serva labore,
candida permulcens liquidis vestigia lymphis
purpureave tuum consternens veste cubile.
Sed quid ego ignaris nequiquam conquer*o*r auris,

143 nunc *B. Guar.* : tum X O hinc *Froehlich* **144** fidelis O **145** quis X m O : pro quibus *supra scriptum apud* X² m² | pr(a)e gestit G¹ (*?*G) R² m pergestit R *(ut vid.)* O *?*D | apisci G² R m D : adipisci G O ab ipsa *Ven.* **148** meminere *Czwalina Goold* **149** lecti O **153** praeda X : postea O | iniacta *Ellis edd.* : intacta X O iniecta R⁴ *Calph.* **156** sirtix O | scylla *Ital. Ven.* : silla X scilla O | uasta *codd.* rapta D **157** taliaque redis O **159** peremptis O **160** nostras O | *v.* **163** *collocat* O *post v. 160* **163** purpureaque D | prosternens D **164** si O | conqueror η θ *Ven. Riese Merrill Pöschl Fraenkel* : conquerar X O *Parm. edd. Mynors* | auris X² m D : aures X O aureis *Baehrens Lafaye.*

externata malo, quae nullis sensibus auctae 165
nec missas audire queunt nec reddere voces?
Ille autem prope iam mediis versatur in undis,
nec quisquam apparet vacua mortalis in alga.
Sic nimis insultans extremo tempore saeva
fors etiam nostris invidit questibus auris. 170
Iupiter omnipotens, utinam ne tempore primo
Gnosia Cecropiae tetigissent litora puppes,
indomito nec dira ferens stipendia tauro
perfidus in Creta religasset navita funem,
nec malus hic celans dulci crudelia forma 175
consilia in nostris requiesset sedibus hospes!
Nam quo me referam? quali spe perdita nitor?
Id*ae*osne petam montes? a! gurgite lato
discernens ponti truculentum dividit aequor!
an patris auxilium sperem? quemne ipsa reliqui, 180
respersum iuvenem fraterna caede secuta!
Coniugis an fido consoler memet amore?
quine fugit lentos incurvans gurgite remos!
Praeterea nullo litus, sola insula, tecto,

171–172 Macr. 6, 1,42
165 extenuata X | aucte X m² O : aucto G² m **168** alga *codd.* : acta *Heinsius* **171** ne X O : nec R⁴ D non *Macr.* **174** creta O D : cretam X *Vahlen Mynors* **175** haec (h') O **176** consilia in η : consilium G O conscilium R m | nostris *om.* O | requiesset η : requisisset X O quesisset λ **177** nitor *codd. Schuster Mynors* : nitar R³ ζ *Kroll Lenchantin* **178** idaeosne *B. Guar. Parth.* : idoneos ne X m O D idmoneos ne X² m² *Parm.* idaeos ne R⁴ idmeneosne *Ven.* idomeneosne *Corr. de Allio Schwabe* (–neine *Buecheler*) | at *Muretus Mynors* ah *B. Guar.* **179** pontum X | ubi (diuidit) *codd.* : *delev. Trinc.* **180** an patris G² R m D : in patsri G impatris O **182** consoler memet X : consoles me manet O **183** quiue X | lentos R⁴ O *Parm.* : uentos X *Pighi* unctos D *(ut vid.)* uentis D² λ *Ven.* **184** litus X O *Vahlen* : colitur *Palmer Mynors Granarolo* laetast *Birt* | *v.* **184** *sic interpunx. Vahlen Schuster.*

nec patet egressus pelagi cingentibus undis; 185
nulla fugae ratio, nulla spes; omnia muta,
omnia sunt deserta, ostentant omnia letum.
Non tamen ante mihi languescent lumina morte,
nec prius a fesso secedent corpore sensus,
quam iustam a divis exposcam prodita multam, 190
caelestumque fidem postrema comprecer hora.
Quare facta virum multantes vindice poena,
Eumenides, quibus anguino redimita capillo
frons expirantis praeportat pectoris iras,
huc huc adventate, meas audite querelas, 195
quas ego vae! misera extremis proferre medullis
cogor inops, ardens, amenti caeca furore.
Quae quoniam verae nascuntur pectore ab imo,
vos nolite pati nostrum vanescere luctum,
sed quali solam Theseus me mente reliquit, 200
tali mente, deae, funestet seque suosque.»
Has postquam maesto profudit pectore voces,
supplicium saevis exposcens anxia factis,
annuit invicto caelestum numine rector.
Quo *mo*tu tellus atque horrida contremuerunt 205
aequora concussitque micantia sidera mundus.
Ipse autem caeca mentem caligine Theseus
consitus oblito dimisit pectore cuncta

185 patet G R^4 O D : pater R m **187** ostendunt D **188** languescunt D **190** multam *L. Mueller* : mulctam X muletam O **191** comprecer ζ η *Parm.* : comprecor X O *Ven. Pighi* **192** mulctantes X O **195** meas X^2 m O D : et meas X **197** amenter R^3 *Ven.* **198** uerae *Parm.* : uere *codd.* **200** quali solam ζ η : qualis sola X O λ (solam R^3) **201** funestent R^2 D **204** inuicto α *Avant.* : inuito X O *Stat. Pighi* in uoto D **205** quo motu *Heyse edd.* : quō tunc X O quo tunc et D *Parm.* quomodo tunc *Ven.* quo nutu et *anon. in marg. ed. Ald. 1575 in Marc. serv.* **207** mentem θ : mente X O mentis η.

quae mandata prius constanti mente tenebat,
dulcia nec maesto sustollens signa parenti 210
sospitem Ere*chthe*um se ostendit visere portum.
Namque ferunt olim, classi cum moenia divae
linquentem gnatum ventis concrederet Aegeus,
talia complexum iuveni mandata dedisse:
«Gnate mihi longa iucundior unice vita, 215
gnate, ego quem in dubios cogor dimittere casus,
reddite in extrema nuper mihi fine senectae,
quandoquidem fortuna mea ac tua fervida virtus
eripit invito mihi te, cui languida nondum
lumina sunt gnati cara saturata figura, 220
non ego te gaudens laetanti pectore mittam,
nec te ferre sinam fortunae signa secundae,
sed primum multas expromam mente querelas,
canitiem terra atque infuso pulvere foedans,
inde infecta vago suspendam lintea malo, 225
nostros ut luctus nostraeque incendia mentis
carbasus obscurata dicet ferrugine Hibera.
Quod tibi si sancti concesserit incola Ito*n*i,
quae nostrum genus ac sedes defendere *E*re*chthe*i
annuit, ut tauri respergas sanguine dextram, 230
tum vero facito ut memori tibi condita corde

211 erechtheum *Vossius edd.* : ereptum X O et ereptum R^4 λ *Ven. Parm.* **212** classi *codd.* : castae *Pontanus* | moenia R^2 η : moenico X O | diuae G O : die R^4 *in ras.* ?R **213** concrederet aegeus R^2 : cum crederet egens G O c. c. egeus R m D *Parm.* c. c. aeger *Ven.* **214** complexum X O : –xo D –xus λ *Ven.* **215** longe *Hoeufft Schuster* | *versuum* **216–217** *ordinem transposuit Baehrens* **219** cui O D : quem X **224** infuso X^2 m D : infulso X O | pectore *Ven.* **227** obscura R^2 | decet *Lachmann* **228** itoni *A. Guar.* : ythomi X D^2 ithorni O thomi D **229** ac ζ : has X O | erechthei *Vossius* : freti X O erechthi *Buecheler* **231** tu X m.

haec vigeant mandata, nec ulla obliteret aetas,
ut, simul ac nostros invisent lumina collis,
funestam antennae deponant undique vestem,
candidaque intorti sustollant vela rudentes, 235
quam primum cernens ut laeta gaudia mente
agnoscam, cum te reducem aetas prospera sistet.»
Haec mandata prius constanti mente tenentem
Thesea ceu pulsae ventorum flamine nubes
aereum nivei montis liquere cacumen. 240
At pater, ut summa prospectum ex arce petebat,
anxia in assiduos absumens lumina fletus,
cum primum infecti conspexit lintea veli,
praecipitem sese scopulorum e vertice iecit,
amissum credens immiti Thesea fato. 245
Sic funesta domus ingressus tecta paterna
morte ferox Theseus qualem Minoidi luctum
obtulerat mente immemori talem ipse recepit.
Quae tum prospectans cedentem maesta carinam
multiplices animo volvebat saucia curas. 250
At parte ex alia florens volitabat Iacchus
cum thiaso Satyrorum et Nysigenis Silenis,
te quaerens, Ariadna, tuoque incensus amore,

233 ac ζ *Ven.* : hec X O **234** antenn(a)e G² R m : antenne*ne G antennene ne O **235** sustollant X² m : substolant G sustolant R O substollant D **236** ut X O : quam D **237** aetas X m O : sors R⁴ A *A. Guar.* fors *Trinc. Avant. Pighi* | sistet R² O A : sistens G sistit R (–tat R¹) sistent G² m *Trinc.* (freta) sistent *Froehlich* **239** ceu X² m D : seu X O **243** infecti *Sabellicus teste Avantio B. Guar. Cazzaniga Mynors* : inflati *codd. Ven. Ellis Schuster Pighi* infausti *Heyse* **245** facto O **247** minoidi R² δ *Ven.* : minoida X O (–yda D) **249** quem G | tum R² D² θ : tamen X m O D | aspectans X² D *Ven.* **251** parte R³ A : pater X O *Ven.* **252** tum O **253** te R D : et G O | ariadna η : adriana X O.

quicum alacres passim lymphata mente furebant
euhoe Bacchantes euhoe capita inflectentes. 255
Harum pars tecta quatiebant cuspide thyrsos,
pars e divolso iactabant membra iuvenco,
pars sese tortis serpentibus incingebant,
pars obscura cavis celebrabant orgia cistis,
orgia, quae frustra cupiunt audire profani, 260
plangebant aliae proceris tympana palmis
aut tereti tenuis tinnitus aere ciebant,
multi*s* raucisonos efflabant cornua bombos
barbaraque horribili stridebat tibia cantu.
Talibus amplifice vestis decorata figuris 265
pulvinar complexa suo velabat amictu.
Quae postquam cupide spectando Thessala pubes
expleta est, sanctis coepit decedere divis.
Hic, qualis flatu placidum mare matutino
horrificans Zephyrus proclivas incitat undas 270
aurora exoriente vagi sub limina Solis,
quae tarde primum clementi flamine pulsae
procedunt, leviterque sonant plangore cachinni,
post vento crescente magis magis increbescunt
purpureaque procul nantes a luce refulgent, 275

254 quicum λ *cod. Harl. 4094 Baehrens Pighi* : qui tum X m O quae tum *Bergk qui lacunam unius versus esse coniecit Schuster Cazzaniga Mynors* cui tum *Skutsch* | quicum alacres : cui thyades *Skutsch Quinn* **255** euhoe . . . euhoe α *Ven.* : euche X O euohe X² m D **262** tinnitus X² m⁴ O D : tintinitus G m tintrintus R **263** multis *Trinc. B. Pisanus edd.* : multi X O *Ven. Parm.* | efflabant β *Ven.* : efflebant X O **267** thes(s)ala X² O D : thesalia D **269** hec O | qualis *codd.* : quali *Vossius* **270** procliuit O procliuis O² *Baehrens* **271** sub limina D³ β *Ven.* : sublimia X O sublima D **273** leuiterque R³ O : leuiter X m leni θ lenique *Froehlich* | sonant X O : resonant η θ **275** refulgent R⁴ θ : refulgens X O.

sic tum vestibuli linquentes regia tecta
ad se quisque vago passim pede discedebant.
Quorum post abitum princeps e vertice Pelei
advenit Chiron portans silvestria dona:
nam quoscumque ferunt campi, quos Thessala magnis 280
montibus ora creat, quos propter fluminis undas
aura parit flores tepidi fecunda Favoni,
hos indistinctis plexos tulit ipse corollis,
quo permulsa domus iucundo risit odore.
Confestim Penios adest, viridantia Tempe, 285
Tempe, quae silvae cingunt super impendentes,
Peneisin linquens Doris celebranda choreis,
non *v*acuos: namque ille tulit radicitus altas
fagos ac recto proceras stipite laurus,
non sine nutanti platano lentaque sorore 290
flammati Phaethontis et aeria cupressu.

276 tum β *Ven. Lachmann* : tamen X O tibi X² D | linquentes R² D A : -tis X O **277** ad θ : at X m O a R⁴ D *Ven.* **278** abitum G² O D : habitum X **279** siluestria X O : celestia D **280** quoscumque R³ *Ald.*¹ : quodcumque X m O | campi R² D : campis X O | thes(s)ala X D : thesalia O **281** quod D **282** aura X² m D : aurea X O | parit G² D² : perit X m O D aperit *Housman* **283** corollis X² m² D θ : curulis X m corulis O **284** quo D : quot X m quis R³ quod O **285** penios G² m² α : penies X m O peneos R³ *Ven.* peneios D peneus λ | adest R⁴ D : adest ut X O **287** peneisin *Lenchantin Paratore* : minosim X m O D *Ven.* meliasin *Madvig Eisenhut Weinreich* naiasin *Haupt Lafaye* limosin *Froehner Wilamowitz Pighi* haemonisin *Heinsius Vahlen* minois *P. Oksala* mnemonisin *Heinsius Rebelo Gonçalves* | doris *codd. Ven.* : claris R⁴ *Ital.* doctis *Stat.* chlori *Ellis Pighi* diuis *Schwabe* caris *Schmidt* horis *Perrotta* **288** non uacuos *Bergk e* non uacuus *B. Guar.* : non acuos X m³ nonacrias G² R³ *P. Oksala* nonacrios R² m² D ζ θ non accuos O **290** nutanti G² R¹ m D : mutanti X O | sorore *Ital. Parm.* sororum G m O soror R sororem R³ **291** flammati D *Ven.* : flamanti X flamati O | phaethontis *edd.* : phetontis *codd.*

Haec circum sedes late contexta locavit,
vestibulum ut molli velatum fronde vireret.
Post hunc consequitur sollerti corde Prometheus,
extenuata gerens veteris vestigia poenae, 295
quam quondam silici restrictus membra catena
persoluit pendens e verticibus praeruptis.
Inde pater divum sancta cum coniuge natisque
advenit, caelo te solum, Phoebe, relinquens
unigenamque simul cultricem montibus Idri; 300
Pelea nam tecum pariter soror aspernata est
nec Thetidis taedas voluit celebrare iugalis.
Qui postquam niveis flexerunt sedibus artus,
large multiplici constructae sunt dape mensae,
cum interea infirmo quatientes corpora motu 305
veridicos Parcae coeperunt edere cantus.
His corpus tremulum complectens undique vest*i*s
candida purpurea *tal*os incinxerat ora,
at roseo niveae residebant vertice vittae,
aeternumque manus carpebant rite laborem. 310
Laeva colum molli lana retinebat amictum,
dextera tum leviter deducens fila supinis
formabat digitis, tum prono in pollice torquens
libratum tereti versabat turbine fusum,
atque ita decerpens aequabat semper opus dens, 315

292 contexta R[2] D : contesta X O **293** uelatum m D *Parm.* : uellatum X O uestitum *Ven.* **296** quam D ζ : qua X O | silici *codd.* : scythicis *Heinsius* triplici *Baehrens* **298** diuum D : diui X O | natisque D α : gnatisque X O gratisque m **300** idri *Ital.* : ydri X O D **301** pelea G : palea R O pallada D η **307** hic G[2] m | uestis *Parth.* : questus *codd.* **308** talos *B. Guar.* : tuos X O rubicunda D | incinxerat G : intinxerat R m O **309** roseo niueae X *Ven. Lafaye Pighi* : roseo uinee O roseae niueo *A. Guar. edd.* **311** colum X[2] m : collum X O **312** filia O **313** pollice R[2] D : police X O.

laneaque aridulis haerebant morsa labellis,
quae prius in levi fuerant extantia filo;
ante pedes autem candentis mollia lanae
vellera virgati custodibant calathisci.
Haec tum clarisona pellentes vellera voce 320
talia divino fuderunt carmine fata,
carmine, perfidiae quod post nulla arguet aetas:
o decus eximium magnis virtutibus augens,
Emathiae tutamen, Opis carissime nato,
accipe, quod laeta tibi pandunt luce sorores, 325
veridicum oraclum. Sed vos, quae fata sequuntur,
currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
Adveniet tibi iam portans optata maritis
Hesperus, adveniet fausto cum sidere coniunx,
quae tibi flexanimo ment*em* perfundat amore 330
languidulosque paret tecum coniungere somnos
levia substernens robusto bracchia collo.
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
Nulla domus umquam tales contexit amores,
nullus amor tali coniunxit foedere amantes, 335
qualis adest Thetidi, qualis concordia Peleo.

327 Macr. 6,1,41.

319 custodibant O D *Parm.* : custodiebant X m *Ven.* **320** pellentes X O *Ellis edd.* : uellentes *Fruterius Schuster* pectentes *Stat.* **322** arguit *Lachmann* **324** tutamen, Opis *Housman* : tutum opus X m O tu tamen opis X[2] m[2] *?*D (tutamen opis D[3]) | clarissime D **325** lenta D **326** oraclum D *Ven.* : oraculum X O | facta O **327** ducentes subtegmina X O : ducenti subtegmine *Macr.* **328** optata G R[2] m D : aptata R O | *v.* **330** *om.* O | flexanimo *Muretus* : flexo animo X D | mentem perfundat amore *Muretus* : mentis p. amorem X D *Ven.* **331** somnos D β : sonos X O **332** uenia O | *vv.* **334–337** *om.* D **334** umquam tales X O *Kroll Lafaye Schuster* : tales umquam *cod. Oxon. Laudian. 78 a. 1460 Ald.*[1] *Mynors* | conexit *Lachmann* | *vv.* **334–337** *om.* R D *Ven. Rom.*, *rest.* R[3] D[1] *Parm.*

Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
Nascetur vobis expers terroris Achilles,
hostibus haud tergo, sed forti pectore notus,
qui persaepe vago victor certamine cursus 340
flammea praevertet celeris vestigia cervae.
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
Non illi quisquam bello se conferet heros,
cum Phrygii Teucro manabunt sanguine ⟨campi⟩,
Troicaque obsidens longinquo moenia bello 345
periuri Pelopis vastabit tertius heres.
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
Illius egregias virtutes claraque facta
saepe fatebuntur gnatorum in funere matres,
cum inc*ult*um cano solvent a vertice crine*m* 350
putridaque infirmis variabunt pectora palmis.
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
Namque velut densas praecer*p*ens messor aristas
sole sub ardenti flaventia demetit arva,
Troiugenum infesto prosternet corpora ferro. 355
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
Testis erit magnis virtutibus unda Scamandri,
quae passim rapido diffunditur He*l*lesponto,

341 pr(a)euertet D β : preuertit X peruertet O **344** teuero G *(ut vid.)* | campi D² λ *Stat. edd.* : tenen X teuen X² m² O trunci β *Parm.* riui *Calph.* cliuei *Haupt* sentes *Walter* (phrygiae) terrae *Pascal* tebae *Pighi* **350** incultum cano soluent . . . crinem *Baehrens edd.* : incuruo canos soluent . . . crines *Ellis* | incultum : in ciuium X m in ciuos O in ciuum O² in cinerem D β *Vahlen* | cano : canos *codd.* | soluent X : soleunt O | crinem: crines X crimen O **351** putriaque *Pighi* **353** praecerpens *Stat. Lachmann* : precernens G² R O ?G procernens D prosternens D² η *Parm.* praecurens λ | messor D⁴ O : cultor X m D **355** prosternet G O *Parm.* :prosternens G³ R m D *Ven.* | ferrum O | *vv.* **357–358** *om.* m *rest.* m¹ **358** hellesponto *Ven.* : elesponto X O heles- D.

cuius iter caesis angustans corporum acervis
alta tepefaciet permixta flumina caede. 360
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
Denique testis erit morti quoque reddita praeda,
cum teres excelso coacervatum aggere bustum
excipiet niveos percussae virginis artus.
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi. 365
Nam simul hanc fessis dederit fors copiam Achivis
urbis Dardaniae Neptunia solvere vincla,
alta Polyxenia madefient caede sepulcra,
quae, velut ancipiti succumbens victima ferro,
proiciet truncum summisso poplite corpus. 370
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
Quare agite, optatos animi coniungite amores.
Accipiat coniunx felici foedere divam,
dedatur cupido iam dudum nupta marito.
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi. 375
Non illam nutrix orienti luce revisens
hesterno collum poterit circumdare filo;
currite ducentes subtegmina, currite, fusi,
anxia nec mater discordis maesta puellae
secubitu caros mittet sperare nepotes. 380
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
Talia praefantes quondam felicia Pelei
carmina divino cecinerunt pectore Parcae.

359 cessis O **360** flumina R m² O : lumina G m² flumine G² m **364** percussae *Parth.* : perculse X O **366** hanc X O *Ven. Fea Pighi* : ac ζ *edd.* **368** madefient D⁴ η *Parm.* : madescent X O D³ *Ven.* mitescent D *Lachmann* mutescent *Rossbach* **372** animi X : añ O **377** hesterno D η esterno O : externo X extremo λ | *v.* **378** *secl. Bergk Pleitner edd.* | *vv.* **379–381** *om.* O **381** currite² m D : ducite X **383** cecinerunt D β : cecinere X cernere O cecinere e *Baehrens Cazzaniga.*

Praesentes namque ante domos invisere castas
heroum ⟨et⟩ sese mortali ostendere coeto 385
caelicolae nondum spreta pietate solebant.
Saepe pater divum templo in fulgente revisens,
annua cum festis venissent sacra diebus,
conspexit terra centum procumbere tauros.
Saepe vagus Liber Parnasi vertice summo 390
Thy*i*adas effusis euantis crinibus egit,
cum Delphi tota certatim ex urbe ruentes
acciperent laeti divum fumantibus aris.
Saepe in letifero belli certamine Mavors
aut rapidi Tritonis era aut Ramnusia virgo 395
armatas hominum est praesens hortata catervas.
Sed postquam tellus scelere est imbuta nefando,
iustitiamque omnes cupida de mente fugarunt,
perfudere manus fraterno sanguine fratres,
destitit extinctos natus lugere parentes, 400
optavit genitor primaevi funera nati
liber ut innuptao poteretur flore novercae,
ignaro mater substernens se impia nato

384 *post* praesentes (Parcae) *interpungebat Postgate* **385** heroum et *Sigicellus teste Statio* : nereus X m O saepius et *Calph.* | *post v.* **386** *legimus in codd. c. 67, 21; quem eiecit Parth.* **387** residens *Baehrens* renidens *Schwabe* **388** cum η *Parm.* : dum X O *Ven.* **389** terram O | procumbere X O *Froehlich edd.* : procurrere (currus) γ *Lachmann* | tauros *Ital. Lachmann edd.* : currus X O **391** thyiadas *Sillig edd.* : thyadas X thiadas O thaydas D | euantis X m² O : ouantis X² m bacchantis D **392** certatim D A α : certatum X O **393** acciperent D ζ η : –ret X O | l(a)eti X² D: lacti X O | laeti diuum: latonigenam *Heinsius* | fumantibus X m O : spumantibus η **394** mauros G **395** r(h)amnusia λ *Ven. Ellis Wilamowitz* : ranusia X ramunsia O rannusia D *Calph.* amarunsia *Baehrens Peiper Mynors* **400** natos X m **402** uti nuptae *Maehly* | poteretur η : potiretur X O | nouellae *Baehrens.*

impia non verita est divos scelerare penates,
omnia fanda nefanda malo permixta furore 405
iustificam nobis mentem avertere deorum.
Quare nec talis dignantur visere coetus,
nec se contingi patiuntur lumine claro.

65

Etsi me assiduo defectum cura dolore
  sevocat a doctis, Ortale, virginibus,
nec potis est dulcis Musarum expromere fetus
  mens animi, tantis fluctuat ipsa malis
(namque mei nuper Lethaeo gurgite fratris 5
  pallidulum manans alluit unda pedem,
Troia Rhoeteo quem subter litore tellus
  ereptum nostris obterit ex oculis;

404 penates D^4 *Ven. Ellis Sillig Schwabe Mynors* : parentes *codd. edd.* parentis *Lachmann* **406** mente aduertere O.

c. 65 – L. M. Kaiser, Waves and Color in Catullus 65, CB 27, 1950, p. 2. – F. Puma, Interpretazione del carme 65 di Catullo, Annali Liceo G. La Farina, Messina 1964–1965, p. 46 sqq. – J. B. van Sickle, About form and feeling in Catullus 65, TAPhA 99, 1968, p. 487–508. – W. Clausen cf. c. 66.

1 defectum R^2 m^2 *Schuster Zicàri* : confectum X m defectu O **2** seuocat D *Ven.* : sed uacat X O **3** dulcis musarum D ζ θ : dulcissimus harum (huius O) X O dulcis simul harum *Baehrens* | fretus O fletus ε **4** animi X O *Parm.* : animis λ hominum *Ven.* **5** letheo θ : lethei X D *Ven.* loethi O lethaeo in *Parth. Lafaye* | factis O **7** troia R^2 D : troya G^2 m^2 tydia X m tidia O *(ut vid.)* lydia *Pighi* | rhoeteo *Parth.* : rhetheo X retheo O D |

alloquar, audiero numquam tua ⟨facta⟩ loquentem,
numquam ego te, vita frater amabilior, 10
aspiciam posthac, at certe semper amabo,
semper maesta tua carmina morte tegam,
qualia sub densis ramorum concinit umbris
Daulias absumpti fata gemens It*y*lei),
sed tamen in tantis maeroribus, Ortale, mitto 15
haec expressa tibi carmina Battiadae,
ne tua dicta vagis nequiquam credita ventis
effluxisse meo forte putes animo,
ut missum sponsi furtivo munere malum
procurrit casto virginis e gremio, 20
quod miserae oblitae molli sub veste locatum,
dum adventu matris prosilit, excutitur;
atque illud prono praeceps agitur decursu,
huic manat tristi conscius ore rubor.

v. **9** *om.* X O *habent* D β A, *quem spurium iudicant Stat. Mynors Zicàri alii, nec recte mea quidem sententia. Servant Friedrich Schuster alii* | facta *Voss. edd.* : uerba D^3 *Lond. add. 11.965* fata *Ambr. D 24* **11** at D ζ : aut X O **12** carmina D γ : carmine X O | tegam X O *Ellis* : canam D *Weinreich Pöschl* legam *Ital. Ven. Parm. Levin* **14** daulias D^1 *Ven.* : baiula R baiulas G m dauilas R^2 bauilla O daunias D | absumpti D a(s)sumpti X : assumpta O | facta O | itylei *Calph.* : ythilei G ithiley R m ithilei O **16** battiadae D^2 : actiade X O bactiade R^4 abattiadae D bacchiadae λ batiadae *Ven.* **21** misere *Owen* **23** illic O | preces O **24** rubor X O D^4 : pudor D.

66

Omnia qui magni d*i*spexit lumina mundi,
qui stellarum ortus comperit atque obitus
flammeus ut rapidi solis nitor obscuretur,
ut cedant certis sidera temporibus,
ut Triviam furtim sub L*at*mia saxa relegans 5

c. **66** – E. Fraenkel, Kallimachos und Catull. Zu dem neuesten Fund, Gnomon 5, 1929, p. 265–268. – M. Lenchantin de Gubernatis, Catullo e la Chioma di Berenice di Callimaco, SIFC 7, 1929, p. 113–126. – R. Pfeiffer, Βερενίκης πλόκαμος, Philologus 87, 1932, p. 179–228. – J. Coman, L'art de Callimaque et de Catulle dans le poème La boucle de Bérénice, Bucuresti 1936. – E. Bickel, Der Kallimachospapyrus „Die Locke der Berenike" und Catull als Übersetzer, RhM, N. F. 90, 1941, p. 31–146. – L. Pepe, La chioma di Berenice e il novissimo Callimaco, GIF 3, 1950, p. 193–199. – I. B. Pighi, cf. c. 6. – H. J. Mette, Zu Catull 66, H 83, 1955, p. 500–502. – N. I. Herescu, Catulle traducteur du Grec et les Parfums de Bérénice, (Catulle 66, 77–78), Eranos 55, 1957, p. 153–170. – B. Axelson, Das Haaröl der Berenice bei Catullus und bei Kallimachos, Studi in onore di L. Castiglioni, Firenze 1960, p. 15–21. – N. I. Herescu, Encore sur les parfums de Bérénice (Catulle 66, 77–78), Orpheus 7, 1960, p. 189–190. – M. C. J. Putnam, Catullus 66. 75–80, CPh 55, 1960, p. 223–228. – R. Avallone, Il carme 66 di Catullo e la Chioma di Berenice di Callimaco, Euphrosyne 3, 1961, p. 23–48. – I. K. Horváth, La technique de la traduction de Catulle à la lumière du papyrus de Callimaque retrouvés à Tebtynis, AAntHung 10, 1962, p. 347–356. – D. E. W. Wormell cf. c. 51. – W. Clausen, Catullus and Callimachos, HSCP 74, 1970, p. 86–94. – D. A. Kind, Some problems in Catullus LXVI, Antichthon, 1971.

1 dispexit *Calph.* : despexit *codd.* | limina *Rehm Bickel Pöschl* **2** obitus D : habitus X O *Pighi* **4** ceteris O **5** sub latmia *Calph.* : sublimia X m D *Ven.* sublamia R^2 m^2 *Parm.* sublimina R^2 m^2 sublamina R^2 m^2 O | relegans η : religans X O.

dulcis amor gyro devocet aereo,
idem me ille Conon caelesti ⟨in⟩ lumine vidit
e Beroniceo vertice caesariem
fulgentem clare, quam multis illa dearum
levia protendens brachia pollicita est, 10
qua rex tempestate novo auctus hymenaeo
vastatum finis iverat Assyrios,
dulcia nocturnae portans vestigia rixae,
quam de virgineis gesserat exuviis.
Estne novis nuptis odio Venus? atque parentum 15
frustrantur falsis gaudia lacrimulis,
ubertim thalami quas intra limina fundunt.
Non, ita me divi, vera gemunt, iuerint.
Id mea me multis docuit regina querellis
invisente novo proelia torva viro. 20
At tu non orbum luxti deserta cubile,
sed fratris cari flebile discidium
cum penitus maestas exedit cura medullas.
Vt tibi tunc toto pectore so*ll*icit*ae*
sensibus ereptis mens excidit! at ⟨te⟩ ego certe 25

6 gyro *Ven.* : guioclero X m O cliuo *cod. Brix. A VII 7* guro *Ellis* | deuoret *Ital. Ven.* **7** in lumine *Vossius edd.* : numine X O *Parm. Mette* munere λ *Ven.* lumine ζ in culmine *Maehly* in limine *Heinsius Baehrens Quinn* **8** e beroniceo η *Calph. Schuster* : ebore niceo X O e bereniceo *edd. Eisenhut Manzo* **11** qua rex *Parm.* : quare ex X O *Ven.* **12** uastatum D ζ η *Parm.* : uastum X O *Ven.* | iuerat D γ : ierat X O **15** atque X O *Pighi* : anne θ *Kroll Mynors* **17** limina D ζ *Parm.* : lumina X O *Ven.* **18** diui D β : diu X O | iuerint *Ven.* : iuuerint X O *Parm.* **21** at X^2 D *Ital.* : et X O *Ellis Lafaye Mynors* an λ *Riese Friedrich Schuster* | lusisti D **22** factis O **23** cum X O D *Ellis Pighi* : quam *Bentley edd.* **24** ibi G | tunc X^2 O : nunc X | sollicitae *Parm.* : solicitet X O *Ven.* **25** ereptis *codd.* : e rectis *Vossius* e trepidis *Maehly* | te *add. Trinc.* : (at)que *Ital.*

cognoram a parva virgine magnanimam.
Anne bonum oblita es facinus, qu*u*m regium adepta es
coniugium, quod non fortior ausit alis?
Sed tum maesta virum mittens quae verba locuta es!
Iupiter, ut tristi lumina saepe manu! 30
Quis te mutavit tantus deus? an quod amantes
non longe a caro corpore abesse volunt?
Atque ibi ⟨me⟩ cunctis pro dulci coniuge divis
non sine taurino sanguine pollicita es
si reditum tetulisset. Is *h*aut in tempore longo 35
captam Asiam Aegypti finibus addiderat.
Quis ego pro factis caelesti reddita coetu
pristina vota novo munere dissoluo.
Invita, o regina, tuo de vertice cessi,
invita; adiuro teque tuumque caput 40
digna ferat quod si quis inaniter adiurar*i*t;
sed qui se ferro postulet esse parem?
Ille quoque eversus mons est, quem maxim*um* in oris
progenies T*h*iae clara supervehitur,
cum Medi peperere novum mare, cumque iuventus 45
per medium classi barbara navit Athon.

26 magnanimam D ζ η : magnanima X O **27** quum *Faernus Pighi* : quam X O quo *Trinc. Muretus edd.* | adepta es D^4 *Calph.* adepta's *Scaliger Lachmann* : adeptus X D adeptos O **28** quo D *Muretus Baehrens Lenchantin* | fortius *Muretus Baehrens Lenchantin* | ausit *antiqui codd. teste Petro Nicetto apud Robortellum* : aut sit X O **29** cum O **30** tersti *Avant.* **32** adesse G **33** me *Colotius anon. in marg. ed. Ald.*^{2} *in Marc. serv. (4021)* : pro X O **34** taurino *om.* O **35** si X^2 m^2 D *Ital.* : sed X m O | haut *Stat.* : aut X O haud *Ald.*^{1} **41** feratque O | adiurauit *Ald.*^{1} : adiuraret X O **43** quae O | maximum «*alii*» *apud A. Guar.* : maxima X O **44** thiae *Vossius* : phytie X m phitie O **45** cum G^2 R m : tum G O | peperere η : propere X O rupere D^2 *A. Guar. Schuster Pighi* pepulere *Stat.* fodere *Bergk* | cumque R^2 m^2 O D : atque X m.

Quid facient crines, cum ferro talia cedant?
  Iupiter, ut *Chaly*bum omne genus pereat,
et qui principio sub terra quaerere venas
  institit ac ferri fingere duritiem! 50
Abiunctae paulo ante comae mea fata sorores
  lugebant, cum se Memnonis Aethiopis
unigena impellens nutantibus aera pennis
  obtulit Arsinoes Locridos ales equos,
isque per aetherias me tollens avolat umbras 55
  et Veneris casto collocat in gremio.
Ipsa suum Zephyritis eo famulum legarat
  Gra*i*ia Canopi*e*is incola litoribus.
Hi*c* dii vario ne solum in lumine caeli
  ex Ariadneis aurea temporibus 60
fixa corona foret, sed nos quoque fulgeremus

48 chalybum *Lachmann Ellis Schuster e* chalybon *Poliziano (et Mynors)* : celitum X m *Ven.* celorum R² celtum R³ celerum O telorum η scelerum ε *Calph.* **50** ferri D ζ η : ferris X O | fingere O *Schuster* : fringere X frangere D η stringere *Heyse* infringere *Santen.* **51** facta O **52** memnonis aethiopis O *Ven.* : menonis ethyopis X **54** arsinoes X² m² O D *Parm.* : asineos X m *Ven.* | locridos *Bentley* : elocridicos X m O daridos D claridos *Ital.* D² *Ven.* locricos *Stat. Cazzaniga* | ales D ζ : alis X O (alisequus *Stat.*) **55** aduolat X collocat R² **56** collocat X² m O : aduolat X abuolat *Ellis* **57** zephyritis D : zyphi(y)ritis X m O | legarat G² R m O D² : legerat G D 58 graiia *Baehrens* : gratia X gracia O grata λ *Calph.* graia *Lachmann Schwabe* | canopieis *Rom. Ellis Schwabe* : canopicis X conopicis O *Ven.* canopeis λ *Fordyce Quinn* canopiis *Haupt Schmidt* canopitis *Stat. Wilamowitz Cazzaniga Mynors* **59** hic dii *Lafaye* : hi dii ven ibi X O hic liquidi *Friedrich* hinc *(Fuchs)* liquidi *Pöschl* ardui ibi *Haupt* numen ibi *Ritschl Schwabe* inde uenus *Postgate Quinn* gentibus hic *Bickel Schuster* hic lumen *Mowat* siderum ibi *P. Oksala* | lumine γ : numine G O mumine R limine D³ θ limite D⁴ **60** ariadneis η *Ven.* : adrianeis X O **61** nos R D : uos G *(ut vid.)* O.

devotae flavi verticis exuviae,
*u*vidul*a*m a fluctu cedentem ad templa deum me
sidus in antiquis diva novum posuit;
virginis et saevi contingens namque Leonis 65
lumina, Ca*l*listo iu*nc*ta Lycaoniae,
vertor in occasum, tardum dux ante Booten,
qui vix sero alto mergitur Oceano.
Sed quamquam me nocte premunt vestigia divum,
lux autem canae Tet*hy*i restitu*o*r, 70
(pace tua fari hic liceat, Ramnusia virgo;
namque ego non ullo vera timore tegam,
nec si me infestis discerpent sidera dictis,
condita quin vere pectoris evoluam)
non his tam laetor rebus quam me afore, semper 75
afore me a dominae vertice discrucior,
quicum ego, dum virgo quondam fuit, omnibus expers

62 exuuiae D *Ven.* : eximiae X O **63** uuidulam *A. Guar.* (uuidulum η *Ven.*) : uindulum X O umidulum ζ uiridulum X² m D umidulam *Ellis* | fluctu X O *Schuster Fraenkel Traglia* : fletu *Pall. Haupt Schwabe* luctu *Baehrens* afflatu *P. Oksala* | deum me D : decumme X O **66** callisto *edd.* : calixto X O calisto D A γ *Ven.* callistoe *Pall.* | iuncta lycaoniae *Parth.* : iuxta licaonia X O **69** quicquam O **70** autem D : aut X O | tethyi *B. Guar.* : theti X m O | restituor *Parm. Pighi Paratore* : restituem X m O restitue *Ven.* restituit *Lachmann edd.* **71** pace R² m D : parce X O | ramnusia *Calph.* : ranusia X ranumsia O **72** ullo O : nullo X m **73** si me θ : sine X O | discerpent D : diserpent X O discerperit λ **74** quin R² m² D *Parm.* : qui X O *Ven.* | uere X O *Stat. Pighi* : ueri D *Ital.* uerei *Lachmann* | euoluam D³ *Parm.* : euolue X O *Ven.* **75** afore, : *sic interpung. Pighi* **75–76** afore *Stat.* : affore X O abfore D η ζ **77** quondam X O : curis *Haupt L. Mueller, qui v. 78 scribunt* unguenti surii *ut Schwabe; sic antea Passerat* | omnibus expers X O : omnibus expersa *Heinsius* hymenis expers *Wilamowitz* ominis expers *Rehm.*

unguentis *nupta* milia multa bibi.
Nunc vos, optato qua*s* iunxit lumine taeda,
non p⟨rius⟩ unanimis corpora coniugibus 80
tradite nudantes reiecta veste papillas
quam iucunda mihi munera libet onyx,
vester onyx, casto colitis quae iura cubili.
Sed quae se impuro dedit adulterio,
illius a! mala dona levis bibat irrita pulvis; 85
namque ego ab indignis praemia nulla peto.
Sed magis, o nuptae, semper concordia vestras
semper amor sedes incolat assiduus.
Tu vero, regina, tuens cum sidera divam
placabis festis luminibus Venerem, 90
sanguinis expertem non *si*ris esse, tu*a*m me
sed potius largis effice muneribus.
Sidera cur*sum* iterent utinam! coma regia fiam,
proximus Hydrochoi fulgeret Oarion!

78 nupta *Lenchantin dubit.* : una X O D^3 uini D nuptae *Eisenhut Axelson* nuptis *Morel* | unguentis nupta : nuptarum unguentis *Pighi* | mil(l)ia X O : uilia *Lobel Schuster Mynors* melina *vel* lilina *P. Oksala* **79** quas *Calph.* : quem X m O quam R^2 m^2 quom *Corr. de Allio Haupt Schwabe* **80** prius *B. Guar.* : post (p^o O) *codd. Lachmann* | unanimis θ *Parm.* : uno animus X O **81** reiecta η *Parm.* : retecta X O detecta D *Ven.* **82** quin *Lachmann* **83** colitis G O : queritis R petitis D **85** dona leuis bibat λ *Ven.* : leuis bibat dona X O **86** indignis R^2 m D : indigetis X m^2 indignatis R^2 m^2 O **87** uestras θ *Ven.* : nostras X O **90** luminibus X O : numinibus *Ven.* muneribus *Parm.* **91** sanguinis X O *Ellis Lenchantin* : unguinis *Bentley edd.* | siris *Lachmann* : uestris X O siueris *Scaliger* | esse, : *sic interpunxit Lenchantin* non siris esse : noli neglexe *Pighi* | *v. 91 sic rest. Paratore* : sanguinis expertem, non uestro ex asse, tam me | tuam *Avant.* : tuum X O **92** effice X O : affice θ *Scaliger edd.* **93** cursum iterent *Lenchantin* : cur iterent X O *Ven. Pighi* cur retinent? *Pontanus Schuster* corruerint *Lachmann Mynors* **94** hydrochoi *Ven.* : id rochoi X O idrochoi D.

67

O dulci iucunda viro, iucunda parenti,
  salve, teque bona Iupiter auctet ope,
ianua, quam Balbo dicunt servisse benigne
  olim, cum sedes ipse senex tenuit,
quamque ferunt rursus *na*to servisse maligne, 5
  postquam es porrecto facta marita sene.
Dic aged*um* nobis, quare mutata feraris
  in dominum veterem deseruisse fidem.

«Non (ita Caecilio placeam, cui tradita nunc sum)
  culpa mea est, quamquam dicitur esse mea, 10
nec peccatum a me quisquam pote dicere quicquam;
  verum istis populi*s* ianua qui*dqu*e facit,

c. 67 – G. Giri, De Catulli carmine 67, RFIC, 1905, p. 527–547. – F. O. Copley, The „Riddle" of Catullus 67, TAPhA 80, 1949, p. 245–253. – I. B. Pighi, cf. c. 6. – G. Rambelli, Studi di filologia classica. Pavia 1957, p. 65–88 (Catullo, carme 67). – L. Richardson, Jr., Catullus 67: interpretation and form, AJPh 88, 1967, p. 423–433. – I. K. Horváth, Chronologica catulliana, AAntHung 8, 1960, p. 335–368.

5 quamquam O | nato *Froehlich Wiman* : uoto X O *Schuster* gnato *Mynors* | maligno X *Ven.* **6** es *Ald.*[1] : est X O | marita D : marite X O **7** agedum *Calph.* : age de X O *Preisendanz (in marg. ed. L. Mueller in aedibus B.G.Teubneri serv.) Lafaye* | nobis A : uobis X O *Preisendanz (in marg. ed. L. Mueller in aedibus B.G. Teubneri serv.) Lafaye* **8** ueterem O *Parm.* : uenerem X *Ven.* **12** istis populis *Vahlen* : istius populi X O istis populi D isti populo ε *Pighi* est ius populi *Benoist-Thomas Lenchantin* est os populi *Ellis* est uox populi *Baehrens* | quidque *Stat. Vahlen Lenchantin* quicque *Munro* : qui te XO cuncta *Baehrens* Quinte *Scaliger* (isti populi naenia, Quinte, facit *Scal.*) *Lachmann Ellis* quanta *Schwabe* quae ipse *Eisenhut Pighi* rite *P. Oksala.*

qui, quacumque aliquid reperitur non bene factum,
  ad me omnes clamant: ianua, culpa tua est.»

Non istuc satis est uno te dicere verbo, 15
  sed facere ut quivis sentiat et videat.

«Qui possum? nemo quaerit nec scire laborat.»

  Nos volumus; nobis dicere ne dubita.

«Primum igitur, virgo quod fertur tradita nobis,
  falsum est. Non illam vir prior attigerit, 20
languidior tenera cui pendens sicula beta
  numquam se mediam sustulit *ad* tunicam;
sed pater illius gnati violasse cubile
  dicitur et miseram conscelerasse domum,
sive quod impia mens caeco flagrabat amore, 25
  seu quod iners sterili semine natus erat
et quaerendus*t* unde foret nervosius illud
  quod posset zonam solvere virgineam.»

Egregium narras mira pietate parentem,
  qui ipse sui gnati minxerit in gremium. 30

«Atqui non solum hoc dicit se cognitum habere

17 qui *Muretus* : quid X O | possim D ζ **18** nobis δ *Muretus* : uobis X O *Pighi* **20** attigerit X O *Ven.* : attigerat D *Ital. Parm. Quinn* | *v.* **21** *om.* O, *quem habet post 64, 386* **22** ad *Calph.* : hanc X O **23** illius X O : ille sui *Scaliger* ipsius *Muretus* illius a *Riese* illusi *Baehrens* illi eius *Cahen* **26** iners X O : meo m **27** ut *Bergk Mynors* | querendust unde *Terzaghi* : querendus unde X O q. ut u. D q. et u. D[1] q. homo *Lenchantin* q. is u. *Lachmann* quaerendum unde unde *Stat. Schwabe Mynors* q. erat unde *Kroll Helm* **29** parentum O **30** sui X : sunt O | minxerit X O *Parm.* : minxerat D *Ven.* **31** hoc dicit se O : se dicit G se dicit hoc R m hoc se dicit D *Ven.*

Brixia, Chinea su*b* positum specula,
flavus qua molli percurrit flumine Mell*a*,
Brixia Veronae mater amata meae.»

Sed de Postumio et Corneli narrat amore, 35
cum quibus illa malum fecit adulterium.
Dixerit hic aliquis: qui tu istaec, ianua, nosti,
cui numquam domini limine abesse licet,
nec populum auscultare, sed hic suffixa tigillo
tantum operire soles aut aperire domum? 40
Saepe illam audivi furtiva voce loquentem
solam cum *a*ncillis haec sua flagitia,
nomine dicentem quos diximus, ut pote quae mi
speret nec linguam esse nec auriculam.
Praeterea addebat quendam, quem dicere nolo 45
nomine, ne tollat rubra supercilia.
Longus homo est, magnas *c*ui lites intulit olim
falsum mendaci ventre puerperium.

32 chinea sub positum specula *ego* : chinea suppositum specula X O *Ven.* cycnea (cignea *anon. in marg. ed. Ald.*[2] *in Marc. serv. 4021*) supposita in specula *Zanchius* cycneae supposita speculae *Vossius Lenchantin Cazzaniga Mynors* cycneae suppositum speculae *Schuster Eisenhut* chineae suppositum speculae *Paratore* chinea sub posita specula *Pighi* *cf.* χιόνεον κρύσταλλον *Preisendanz in mg. ed. a L. Mueller factae* **33** qua *Zicàri* : quam X O *edd.* | percurrit X O *Zicàri* : praecurrit *Trinc. edd.* | mella D *Parm.* : mello X m *Ven.* melo O *Beltrani* mela η **34** tuae *Trinc. Scaliger* **37** dixerit X : dixit O dixerat *Ital.* | hic G R[1] m : his R h'(hec) O | qui *Ald.*[1] *Friedrich Kroll* : quid X O *Lenchantin Schuster Mynors* | istaec R isthaec D : iste G O **39** hic D ζ : hec (h'O) X O hoc ε **42** solam D η θ : sola X O | ancillis *amicus Venetus R. Robortelli edd.* : conciliis X concillis O **44** speret X[2] m D *Ven. Lenchantin Schuster Cazzaniga* : sperent X O speraret *Calph. Pighi* **45** addebant O **46** ne D α : te X O **47** cui *B. Guar. Pall. edd.* : qui X O *Ven.* quoi *Lachmann* **48** mendaci D β *Ven.* : mendacii X O.

68

Quod mihi fortuna casuque oppressus acerbo
conscriptum hoc lacrimis mittis epistolium,
naufragum ut eiectum spumantibus aequoris undis
sublevem et a mortis limine restituam,
quem neque sancta Venus molli requiescere somno 5
desertum in lecto caelibe perpetitur,
nec veterum dulci scriptorum carmine Musae
oblectant, cum mens anxia pervigilat,
id gratum est mihi, me quoniam tibi dicis amicum,
muneraque et Musarum hinc petis et Veneris. 10

c. 68 – K. Barwick, Catulls c. 68 und eine Kompositionsform der römischen Elegie und Epigrammatik, WJA 2, 1947, p. 1–15. – A. Salvatore, L'unità del carme 68 di Catullo, GIF 2, 1949, p. 36–49. – E. Bickel, Era verecunda Catull 68, 136, RhM 93, 1950, p. 384. – K. Büchner, Catull 68, 136, MH 7, 1950, p. 14–18. – I. B. Pighi, cf. c. 6. – M. Schuster, Kritisch-exegetische Nachlese zu Catull, WSt 65, 1950/51, p. 48–52. – A. Salvatore, Le poème 68 de Catulle et le problème de l'élégie latine, Phoibos, 1951–1952 et 1952–1953, p. 7–55. – F. O. Copley, The Unity of Catullus 68: a further view, CPh 52, 1957, p. 29–32. – E. Pennisi, Il carme 68 di Catullo, Emerita 27, 1959, p. 89–109 et 213–238. – I. K. Hováth, cf. c. 64. – I. Cazzaniga, Catullo 68b, 50–60 e i vv. 1–7 del papiro. Lond. di Partenio di Nicea, PP 16, 1961, p. 124–126. – L. Pepe, Il mito di Laodamia nel carme 68 di Catullo GIF 6, 1953, 107—113. – T. E. Kinsey, Some problems in Catullus 68, Latomus 26, 1967, p. 35–53. – H. D. Rankin, Water and Laodamia as Catalysts of Emotions in Catullus 68b, Latomus 26, 1967, p. 689–694. – R. Godel, Catulle, poème 68, MH 22, 1965, p. 53–65. – K. Vretska, Das Problem der Einheit von Catull c. 68, WS 79, 1966, p. 313–330. – W. Eisenhut, Rec., P. E. Streuli: Die Lesbia-Partien in Catulls Allius-Elegie ..., Urnäsch 1969, Gnomon, 43, 1971, 818–820. – L. P. Wilkinson, Domina in Catullus 68, ClR 20, 1970, p. 290.

1 quo O | casus D **2** h'(hec) O | mittis O D : mittit X **3** naufragum D *Ven.* : naufragium X O –gus m **6** disertum G **10** petit G.

Sed tibi ne mea sint ignota incommoda, m*i* A*ll*i,
  neu me odisse putes hospitis officium,
accipe, quis merser fortunae fluctibus ipse,
  ne amplius a misero dona beata petas.
Tempore quo primum vestis mihi tradita pura est, 15
  iucundum cum aetas florida ver ageret,
multa satis lusi; non est dea nescia nostri,
  quae dulcem curis miscet amaritiem;
sed totum hoc studium luctu fraterna mihi mors
  abstulit. O misero frater adempte mihi, 20
tu mea tu moriens fregisti commoda, frater,
  tecum una tota est nostra sepulta domus,
omnia tecum una perierunt gaudia nostra,
  quae tuus in vita dulcis alebat amor.
Cuius ego interitu tota de mente fugavi 25
  haec studia atque omnes delicias animi.
Quare, quod scribis Veronae turpe, Catulle,
  esse quod hic quisquis de meliore nota
frigida deserto tepefactat membra cubili,
  id, m*i* A*ll*i, non est turpe, magis miserum est. 30
Ignosces igitur, si, quae mihi luctus ademit,
  haec tibi non tribuo munera, cum nequeo.
Nam, quod scriptorum non magna est copia apud me,
  hoc fit, quod Romae vivimus; illa domus,
illa mihi sedes, illic mea carpitur aetas; 35

11 incommoda γ *Ven.* : commoda X O | mi alli *Schöll Schuster Perrotta Pöschl* : mali X O manli R² D malli λ (m *in ras.*) α mani *Lachmann Mynors* **12** seu G | sospitis *Schrader* | *v.* **16** *om.* O; *repetitur post v. 49 in* X **20** o X O : ei *Baehrens* **26** omnem O **27** catullo D η ζ *Ven. Quinn* **29** tepefactat R² m² : tepefacit X m O tepefecit D² γ *Ven.* tepefactet *Bergk Cazzaniga Mynors* tepefaxit *Lachmann* **30** mi alli *Schöll Schuster Perrotta Pöschl* : mali X O manli D *(ut vid.)* mani *Lachmann Mynors* malli λ *Calph.*

huc una ex multis capsula me sequitur.
Quod cum ita sit, nolim statuas nos mente maligna
id facere aut animo non satis ingenuo,
quod tibi non utriusque petenti copia posta est;
ultro ego deferrem, copia si qua foret. 40

Non possum reticere, deae, qua me Allius in re [68b]
iuverit aut quantis iuverit officiis,
ne fugiens saeclis obliviscentibus aetas
illius hoc caeca nocte tegat studium;
sed dicam vobis, vos porro dicite multis 45
milibus et facite haec carta loquatur anus,
. . . .
notescatque magis mortuus atque magis,
nec tenuem texens sublimis aranea telam
in deserto Alli nomine opus faciat. 50
Nam, mihi quam dederit duplex Amathusia curam,

37 noli O **38** ingenuo α *Ven.* : ingenio X O **39** posta X O : facta D *Ven.* parta *Schwabe* praesto *Froehlich* prompta *Baehrens* **40** deferrem η (defferrem *Parm.*) : differrem (–erem G) X O *Ven.* | *vv.* **41–160** *a prioribus seiunxerunt Rode Ramler multique edd. sub nomine 68b* **41** qua me allius *Scaliger* : quam fallius X O quam fallimus D quam facilius λ α quam mallius *Ital. Merrill Lenchantin* **42** inuenit O | uiuerit O auxerit *Usener* **43** ne η *Calph.* : nec X O nei *Baehrens* | saeclis D A *Ven.* : sedis X O **46** carta R^2 m^2 : certa X m cerata O cera *Stat.* **47** *hic interstitium unius versus in* X m. *Legitur, apud* D *codicesque quos Mynors sub litteris* β ζ η *designavit et apud Parm., hic versus* : omnibus et triuiis uulgetur fabula passim, *quem supplevit Th. Seneca, testibus codd. Paris. 7989 et Ambros. H. 46. Habent recc. et Ven.*: omnibus inque locis celebretur fama sepulti, *quem versum supplevit P. Odus teste cod. Paris. lat. 8232* **48** notescamque G | *post v.* **49** *legitur in* X O : iocundum cometas florida ut ageret (uer ageret D), *i. e. v. 68, 16; del. Parm.* **49** texens tenuem D **50** alli O *Scaliger* : ali X alii *Ven.* **51** nam R O : non G.

scitis, et in quo me *t*orruerit genere,
cum tantum arderem quantum Trinacria rupes
lymphaque in Oetaeis Malia Thermopylis,
maesta neque assiduo tabescere lumina fletu 55
cessarent tristique imbre madere genae.
Qualis in aerii perlucens vertice montis
rivus muscoso prosilit e lapide,
qui cum de prona praeceps est valle volutus,
per medium densi transit iter populi, 60
du*l*ce viatori lasso in sudore levamen,
cum gravis exustos aestus hiulcat agros,
hic, velut in nigro iactatis turbine nautis
lenius aspirans aura secunda venit
iam prece Pollucis, iam Castoris implorata, 65
tale fuit nobis Allius auxilium.
Is clausum lato patefecit limite campum,
isque domum nobis isque dedit domina*e*
ad quam communes exerceremus amores.
Quo mea se molli candida diva pede 70

52 torruerit *Turnebus Schuster Mynors* : corruerit X O | in qua me torruerit uenere *Schrader* **54** oeteis *Ven.* oetaeis *Ald.*[1] : eetheis G oethis R m cetheis O oetheis D | malia ζ *Parth.* : maulia X O | thermopylis *Ven.* : termophilis G termophylis R m termopilis O **55** lumina θ : numula X m nummula O pupula *Ellis* **56** cessarent θ : cessare ne X O cessaret D *(ut vid.)* **59** ualle D *Ven.* : ualde X O alpe *Rossberg Lafaye* **61** dulce *Laetus* : duce X O utque *Parm.* | uiatori X : uiatorum R[2] O | lasso η *Parm.* : basso X O *Ven.* crasso *Baehrens* | leuamen η *Calph.* : leuamus X O **63** hic X O ac *Ital. Avant.* **64** lenius β : leuius X O leniter D **65** implorata η *Ven.* : implorate X O –rante *Stat. Pighi* **66** allius O : manlius X O[1] D *Ital. Ven.* manius *Lachmann* **67** classum X laxum *Scaliger* **68** dominae *Froehlich Mynors Pöschl* : dominam X O *Munro Ellis Lafaye Pighi Kinsey* **69** ad quam X O : ut clam *Schoell* atque ubi *Thomas Lafaye.*

intulit et trito fulgentem in limine plantam
  innixa arguta constituit solea,
coniugis ut quondam flagrans advenit amore
  Protesilaeam Laudamia domum
incepta*m* frustra, nondum cum sanguine sacro 75
  hostia caelestis pacificasset eros.
Nil mihi tam valde placeat, Ramnusia virgo,
  quod temere invitis suscipiatur eris!
Quam ieiuna pium desideret ara cruorem,
  docta est amisso Laudamia viro, 80
coniugis ante coacta novi dimittere collum,
  quam veniens una atque altera rursus hiems
noctibus in longis avidum saturasset amorem,
  posset ut abrupto vivere coniugio,
quod scibant Parcae non longo tempore abisse, 85
  si miles muros isset ad Iliacos.
Nam tum Helenae raptu primores Argivorum
  coeperat ad sese Troia ciere viros,
Troia (nefas!) commune sepulcrum Asiae Europaeque,
  Troia virum et virtutum omnium acerba cinis 90
quae*ne* eti*am* nostro letum miserabile fratri

90 Non. p. 291 L.
72 in solea D **73** amore R^2 D *Ital. Ven.* : amorem X O **74** protesilaeam *Ven.* : prothesileam X protesileam O | laudamia *Usener* : laudomia X O loadamia *Ital.* **75** inceptam *Turnebus* : -pta X O -pto *Froehlich* **76** pacificasset X O : conciliasset D *Ital. Ald.*[1] **77** ramnusia *Ven.* : ranusia X m rammusia O **79** desideret θ : deficeret X O *Ven.* desineret D defideret β *Parm.* **80** laudamia *Usener* : laudomia X o loadamia *Ital.* | uiro X^3 m^3 D *Ven.* : uirgo X m O **81** noui *Trinc. Avant.* : nouit X m O uouit R^2 m^2 nouum D **84** et D | abrupto X : abinnupto O **85** scirant *L. Mueller* scibat *Lachmann* | abisse X O *Ven. Schuster* : abesse ζ η *Munro Mynors* adesse *Santen* obisse *Baehrens* **87** cum O **91** quaene etiam *Heinsius edd.* : que uetet id X O qualiter id *Ellis* quae uelut his *Palmer* | fratri R^2 D : frater X O.

attulit. Ei misero frater adempte mihi!
Eimisero fratri iucundum lumen ademptum!
Tecum una tota est nostra sepulta domus,
omnia tecum una perierunt gaudia nostra, 95
quae tuus in vita dulcis alebat amor.
Quem nunc tam longe non inter nota sepulcra
nec prope cognatos compositum cineris,
sed Troia obscena, Troia infelice sepultum
detinet extremo terra aliena solo. 100
Ad quam tum properans fertur simul undique pubes
Graeca penetralis deseruisse focos,
ne Paris abducta gavisus libera moecha
otia pacato degeret in thalamo.
Quo tibi tum casu, pulcerrima Laudamia, 105
ereptum est vita dulcius atque anima
coniugium: tanto te absorbens vertice amoris
aestus in abruptum detulerat barathrum,
quale ferunt Grai P*h*eneum prope Cylleneum
siccar*e* emulsa pingue palude solum, 110
quod quondam caesis montis fodisse medullis
aud*i*t falsiparens Amphitryoniades,
tempore quo certa Stymphalia monstra sagitta
perculit imperio deterioris eri,

92 eiO D : hei X | frater m O D : frateter X **93** ei D hei X O | iocundumque limine O | ademptum α *Ven.* : adeptum X O **97** quem η : que X O **98** cineres D *Ital.* **99** sepulchrum D **101** tuum G | simul D *Ital. Ven. Schwabe Schuster Lafaye Eisenhut* : *om.* X O ** λ lecta *Eldik Mynors Pöschl* cuncta *Froehlich Pighi* **103** ne G D *Ven.* : nec R O **105** quo D : quod X O | cum G | laudamia *Usener* : laudomia X O laodamia *Ital.* **109** pheneum *Avant.* : peneum X O **110** siccare *Schrader* : siccari X sicari O **112** audit *Palmer* : audet X O | amphitri(y)oniades D *Ven.* : amphi(y)-trioniadis X O **114** perculit β : pertulit X O.

pluribus ut caeli tereretur ianua divis, 115
Hebe nec longa virginitate foret.
Sed tuus altus amor barathro fuit altior illo,
qui t*a*m*en* *in*domit*a*m ferre iugum docuit;
nam nec tam carum confecto aetate parenti
una caput seri nata nepotis alit, 120
qui, cum divitiis vix tandem inventus avitis
nomen testatas intulit in tabulas,
impia derisi gentilis gaudia tollens
Suscitat a cano volt*u*rium capiti;
nec tantum niveo gavisa est ulla columbo 125
compar, quae multo dicitur improbius
oscula mordenti semper decerpere rostro
quam quae praecipue multivola est mulier;
sed tu horum magnos vicisti sola furores,
ut semel es flavo conciliata viro. 130
Aut nihil aut paulo cui tu*m* concedere digna
lux mea se nostrum contulit in gremium,
quam circumcursans hinc illinc saepe Cupido
fulgebat crocina candidus in tunica.
Quae tamen etsi uno non est contenta Catullo, 135
rara verecundae furta feremus erae,

115 tereretur R : treerretur G terretur X^2 m terreretur O **118** tamen indomitam *Mynors Fordyce* e tamen *Heyse et* indomitam *Stat.* : tuum domitum X O *Parm.* diuum domitum D *Ven.* tunc indomitam *Corr. de Allio Schuster* durum domitam *Lachmann* tum te indomitam *Riese* dominum domitum *Ellis* **119** nec tam O : nec causa X neque tam R^2 m D **124** suscitat a *Ital. Parm.* : scuscitata X O | uolturium *Calph.* (uul–) : uoltarium X O **128** quam quae *Trinc.* : quamquam X O quantum *Calph.* quam cum *Ellis* **129** tu horum D^2 η : tuorum X O horum D **130** es flauo D^2 ζ η : eflauo X m efflauo O est flauo D e flauo *Ven.* **131** tum *Trinc.* : tu X O **136** uerecundae X O : uerecunde λ *Noël Büchner*.

ne nimium simus stultorum more molesti.
Saepe etiam Iuno, maxima caelicolum,
coniugis in culpa flagrantem c*ohibuit* i*ram*,
noscens omnivoli plurima furta Iovis. 140
Atqui nec divis homines componere aequum est.
Ingratum tremuli tolle parentis onus,
nec tamen illa mihi dextra deducta paterna
fragrantem Assyrio venit odore domum,
sed furtiva dedit mira munuscula nocte, 145
ipsius ex ipso dempta viri gremio.
Quare illud satis est, si nobis is datur unis
quem lapide illa dies candidiore notat.
Hoc tibi, quod potui, confectum carmine munus
pro multis, ⟨mi⟩ Alli, redditur officiis, 150
ne vestrum scabra tangat rubigine nomen
haec atque illa dies atque alia atque alia.
Huc addent divi quam plurima, quae Themis olim
antiquis solita est munera ferre piis;
sitis felices et tu simul et tua vita 155
et domus ips*a* in qua lusimus et domina,

139 cohibuit iram *Lafaye in apparatu* : quotidiana X m D cotidiana O continet i. *Santen* concoquit i. *Lachmann Pöschl* condidit i. *Pohl Lafaye* contudit i. *Hertzberg* concipit i. *Baehrens* concitat i. *Pleitner* **140** furta D *Ven.* : facta X O *Ellis Pighi* **141** atqui θ : atque X O at quia D A | componere X O D *Ven.* : componier η^2 *Calph. edd.* | *post v.* **141** *Marcilius lacunam esse indicavit, quem edd. plerique sequuntur, nec recte mea quidem sententia* **143** dextra θ *Ven.* : de astra X m deastra O **144** fragrantem D *Ven.* : flagrantem X O **145** furtiua X m^1 O : furtiue m | mira *codd.* : rara *Haupt Kroll* muta *Heyse Riese Fordyce Granarolo* **147** is D : his X hiis O id λ *Ital.* **148** diem *Parm.* **149** quo *Muretus* **150** mi alli *Paratore* : aliis X O alli *Scaliger edd.* **151** nostrum D *Ven.* **155** sitis D ζ η *Ven.* : satis X O | uita R^2 D *Ital. Ven.* : uite G R^2 uirtute R uice O **156** ipsa in qua lusimus D *Ven. Lafaye Mynors* : in qua l. X O ipsi in qua l. *Ital. Stat. Lenchantin* in qua nos lusimus *Goold Schuster Quinn.*

et qui principio nobis terram dedit, ⟨hospes⟩
a quo sunt primo omnia nata bona,
et longe ante omnes mihi quae me carior ipso est,
lux mea, qua viva vivere dulce mihi est. 160

69

Noli admirari, quare tibi femina nulla,
Rufe, velit tenerum supposuisse femur,
non ⟨si⟩ illam *rar*ae labefactes munere vestis
aut perluciduli deliciis lapidis.
Laedit te quaedam mala fabula, qua tibi fertur 5
valle sub alarum trux habitare caper.
Hunc metuunt omnes. Neque mirum: nam mala valde est
bestia, nec quicum bella puella cubet.
Quare aut crudelem nasorum interfice pestem,
aut admirari desine cur fugiunt. 10

157 terram nobis D | hospes *Ellis* (terram dedit hospes) : aufert X O haustis *Baehrens* auspex *Lipsius P. Oksala* (nobis te tradidit) oufens *Scaliger* anser *Heinsius* absens *Merrill* audens *Friedrich* (dat et) aufert *Lenchantin* aufert | nunc *Pighi* (te era dedit et) aufert *Johnson* (dedis) allius *Viejo Otero* **157–158** se et eram dedit a quo | sunt primo *Perrotta* **158** omnia X O : iam omnia *Ven.* nobis omnia *Calph. Perrotta* mi omnia *Haupt* | bona ζ : bono X O *Quinn* **159** qui G D | ipse m D ipsa *Ven. Calph.* **160** dulce mihi est β *Ven.* : mihi dulce est X O A *Ital.* d. mihi D.

c. 69 – *c. 69 deest in* D; *in marg. «caret hic epigramma»* D^3 **2** rufe m : ruffe X O **3** si non illam rarae *Ald.*^{1} : non illa mare X O non illam rarae *Calph.* non si illam coae *Baehrens* (rarae *vel* carae *Ellis*) **4** pro luciduli R m *Ven.* **5** qua G^2 : que X O **8** qui cum β : cui cum X O **10** cum *Froehlich* | fugiant ζ *Avant. Munro Goold.*

70

Nulli se dicit mulier mea nubere malle
  quam mihi, non si se Iupiter ipse petat.
Dicit; sed mulier cupido quod dicit amanti
  in vento et rapida scribere oportet aqua.

71

Si quo*i* *iur*e bono sac*er* *ala*rum obstitit hircus,
  aut si quem merito tarda podagra seca*t*,
aemulus iste tuus, qui vestrum exercet amorem,
  mirifice est a te nactus utrumque malum.
Nam quotiens futuit, totiens ulciscitur ambos: 5
  illam affligit odore, ipse perit podagra.

c. **70** – V. Bongi, Spunti callimachei e alessandrini in due carmi di Catullo (70 e 7), A & R 1942, p. 173–182. – P. Laurens, A propos d'une image catullienne (c. 70, 4), Latomus 24, 1965, p. 545–550. – D. De Venuto, Il carme 70 di Catullo e Ant. Pal. 5, 8 di Meleagro, RCCM 8, 1966, p. 215–219.

1 male O **3** sed X O : se D.

c. **71** – L. Castiglioni, Decisa forficibus, RIL 74, 1940–41, p. 389–418.

1 quoi *Vossius Lafaye* : qua X O quo R² cui *Calph.* | iure *Pall.* : uiro X O uirro *B. Guar. Ellis* | bono X O D : bello D² (uiro bello) | si . . . bono : sicui uirus, Oto, *Pighi* | sacer alarum *Calph.* : sacrorum X m sacratorum O **2** quem θ : quam X O | podraga X | secat D ζ (sequat *Parm.*) : secum X m secunt O secet *Ven.* | **3** uestrum X O D : nostrum G² *Ven.* **4** mirifico *G. Hermann Haupt* | a te X O *Lafaye Lenchantin* : certe *Peiper* fato *G. Hermann Haupt Schuster* ad te *Castiglioni Cazzaniga* actu *Avant.* acti *anon. in marg. ed. Ald.*² *in Marc. serv.* astu *Muretus Kroll* a se *Postgate* apte *Schöll Herrmann.*

72

Dicebas quondam solum te nosse Catullum,
  Lesbia, nec prae me velle tenere Iovem.
Dilexi tum te non tantum ut vulgus amicam,
  sed pater ut gnatos diligit et generos.
Nunc te cognovi; quare etsi impensius uror, 5
  multo *mi* tamen *es* vilior et levior.
Qui potis est? inquis. Quod amantem iniuria talis
  cogit amare magis, sed bene velle minus.

73

Desine de quoquam quicquam bene velle mereri
  aut aliquem fieri posse putare pium.
Omnia sunt ingrata. Nihil fecisse benigne;
  immo etiam ⟨taedet⟩, taedet obestque magis,

c. 72 – H. Akbar Khan, A Note on the expression solum . . . nosse in Catullus, CPh 62, 1967, p. 34–36. – J. T. Davies, Poetic counterpoint: Catullus 72, AJPh 92, 1971, p. 196–201.

8 Don., Ter. Ad. 718.

2 prae me R D : per me G prime O **3** tunc D **6** mi tamen es *A. Guar.* : ita me nec X O **7** quid D quis (potis es) *Ven. Calph.* | ? inquis. *sic interpunx. Ellis Schuster* , inquis? *sic Mynors* | quod D β : quam X O.

c. 73 – **1** quicquam D ζ : quisquam X O D[2] *Ellis Pighi* **3** benignest *Friedrich* **4** immo etiam taedet, taedet *Avant. Vahlen*: immo etiam taedet X O prodest i. e. t. *Trinc. Froehlich Pöschl* iam iuuat i. e. t. *Munro* iuuerit, i. e. t. *Baehrens* i. magisque etiam taedet *Lenchantin Granarolo* | magis *Ald.*[1] : magisque magis XO.

ut mihi, quem nemo gravius nec acerbius urget 5
quam modo qui me unum atque unicum amicum habuit.

74

Gellius audierat patruum obiurgare *so*lere,
si quis delicias diceret aut faceret.
Hoc ne ipsi accideret, patrui perdepsuit ipsam
uxorem et patruum reddidit Arpocratem.
Quod voluit fecit: nam, quamvis irrumet ipsum 5
nunc patruum, verbum non faciet patruus.

75

Huc est mens deducta tua, mea Lesbia, culpa,
atque ita se officio perdidit ipsa suo,
ut iam nec bene velle que*a*t tibi, si optuma fias,
nec desistere amare, omnia si facias.

5 quem D γ *Ven.* : que X O quae *Parm. Birt Skutsch* **6** habuit R³ m² O *Parm.* : habet X m *Ven.*

c. **74** – **1** gellius R² m² ζ θ *Parth.* gelius D *Parm.* : lelius X m D *Ven.* selius O sellius O¹ lellius A | abiurgia ?D obiurgia D¹ *Ven.* | solere *B. Guar.* : flere X O *Ven.* **3** perdepsuit «*vir eruditus*» *apud Statium* : perdespuit X O **4** at D | arpocratem D ζ η *edd.* : harpocrat(h)em X O; cf. c. 102, 4.

c. **75** – **1** huc . . . deducta X O : nunc . . . diducta *Lachmann Schwabe* **2** prodidit D **3** uelle queat *Lachmann* (queam θ) : uelleque tot X O *Ven.* uelle quae t. *Parm.* **4** nec desistere X m² O : nec de si flore m.

76

Si qua recordanti benefacta priora voluptas
  est homini, cum se cogitat esse pium,
nec sanctam violasse fidem, nec foedere nullo
  divum ad fallendos numine abusum homines,
multa parata manent in longa aetate, Catulle, 5
  ex hoc ingrato gaudia amore tibi.
Nam quaecumque homines bene cuiquam aut dicere [possunt
  aut facere, haec a te dictaque factaque sunt:
omnia qu*a*e ingratae perierunt credita menti.
  Quare cur te iam amplius excrucies? 10

c. **76** – B. Croce, Catullo, carme 76, Critica, 1940, p. 193–197. – L. Pepe, Si vitam puriter egi. Sul carme 76 di Catullo, GIF 3, 1950, p. 300–309. – M. Gigante, A Catullo c. 76 vv. 5–6, Latomus 10, 1951, p. 137–142. – R. M. Henry, Pietas and fides in Catullus, Hermathena 75, 1950, p. 63–68; 76, 1951, p. 48–57. – A. Traina, Catullo e gli dei. Il carme 76 nella critica più recente, Convivium, N. S. 1, 1954, p. 358–368. – P. Oksala, Fides und pietas bei Catull, Arctos 2 (Mél. Sundwall), 1958, p. 88–103. – M. C. J. Putnam, Catullus 66. 75–88, CP 55, 1960, p. 223–228. – I. Wille, Catullus Gedicht 76 als Spiegelbild seines Liebeserlebnisses und seiner Liebesdichtung, Altertum 10, 1964, p. 89–95. – H. Akbar Khan, Catullus 76: the summing up, Athenaeum 46, 1968, p. 54–71. – L. A. Moritz, Difficile est longum subito deponere amorem, G & R 15, 1968, p. 53–58. – T. P. Wiseman, Dis invitis: a note on Catullus and the Gods, Hommages à M. Renard, Bruxelles, 1969, t. 1, p. 778–784. (Collection Latomus. 101.)

2 hominum D **3** nullo X O *Löfstedt* : in ullo θ *Kroll Merrill Cazzaniga* **5** manent D ζ η : manenti X m manentum O manent tum *Schulze Lenchantin Gigante* **6** amore X : auicere O **8** sint O **9** omnia quae *Ald.*[1] : omniaque X O *L. Mueller Lenchantin Lafaye* **10** cur te iam X O : iam te cur D ζ η *Ven. Ellis Mynors* cur tete iam *Baehrens Fordyce* te iam cur *Pighi.*

Quin tu animo offirmas atque istinc teque reducis
  et deis invitis desinis esse miser?
Difficile est longum subito deponere amorem;
  difficile est, verum hoc qua lubet efficias.
Vna salus haec est, hoc est tibi pervincendum; 15
  hoc facias, sive id non pote sive pote.
O di, si vestrum est misereri, aut si quibus umquam
  extremam iam ipsa in morte tulistis opem,
me miserum aspicite et, si vitam puriter egi,
  eripite hanc pestem perniciemque mihi, 20
quae mihi subrepens imos ut torpor in artus
  expulit ex omni pectore laetitias.
Non iam illud quaero, contra me ut diligat illa,
  aut, quod non potis est, esse pudica velit;
ipse valere opto et taetrum hunc deponere morbum. 25
  O di, reddite mi hoc pro pietate mea.

11 quin θ *Ven.* : qui X O | tu R^1 D : tui X O | affirmas R | istinc teque *Heinsius* : instinctoque X instincteque O istinc usque *Stat.* istinc te ipse *Ellis* **12** deis ε : des X O dis γ **13** amorem G R^1 m O : amicum R **14** hoc R A : hec G h'O *om.* λ | qua lubet ζ : quam lubet X O | efficias X : officias O efficies D **15** hoc R^1 m D : hec (h'O) X O D^3 **16** hoc R^1 D : hec (h'O) X O | faties R m **17** di *edd.* : dii *codd. Ellis* dei *Schulze Lafaye* | miseri O **18** extremam D : –mo X O *Baehrens Schmidt P. Oksala* extrema R^2 ζ | ipsa in η *Ald.*[1] *Schuster Weinreich* : ipsam X O ipsa A λ **21** quae *Calph. Mynors* : seu X O hei *anon. in marg. ed. Ald.*[1] *in Marc. serv. (4020) Lachmann Vahlen Schuster* sei *Ellis* haec *Stat.* | torpor η : corpore X O **22** laetitias R^1 m G O : delitias R D **23** me ut β : me ut me X O ut me D **25** taetrum X O : totum *Ven.* **26** di *Muretus edd.* : dei G O dii R D *Schwabe* | mi R^2 D *Ital.* : michi X O | pro pietate m *Ven.* : proprietate X O.

77

Rufe, mihi frustra ac nequiquam credite amice,
  (frustra? immo magno cum pretio atque malo),
sicine subrepsti mei, atque intestina perurens
  sic misero eripuisti omnia nostra bona?
Eripuisti, heu heu nostrae crudele venenum 5
  vitae, heu heu nostrae pestis amicitiae.

78

Gallus habet fratres, quorum est lepidissima coniunx
  alterius, lepidus filius alterius.
Gallus homo est bellus; nam dulces iungit amores,
  cum puero ut bello bella puella cubet.
Gallus homo est stultus nec se videt esse maritum, 5
  qui patruus patrui monstret adulterium.

78 b

. . . .
  . . . .

c. **77** – **1** rufe m D : ruffe X O *Ven.* | nequiquam m : ne quicquam X O | amice O *Parm.* : amico X *Ven.* **3** surrepsti *Calph.* : subrecti X subrepti O | mei X O : mi *Ven.* **4** sic D ζ : si X m O mi R² m² ei *Lachmann edd.* | *vv.* **5** *et* **6** heu heu R² D : he heu G heu R O eheu *Baehrens Schuster* **6** nostro X | pestis *B. Guar.* : pectus X O *Pighi.*

c. **78** – **4** cubit O.

c. **78b** – *hos quatuor versus a carmine 78, quod sequuntur sine intervallo, primus seiunxit Statius; quos Scaliger posuit post c. 77, Corr. de Allio post 91, 10, P. Oksala post c. 79, alii alibi.*

sed nunc id doleo, quod purae pura puellae
savia con*mi*nxit spurca saliva tua.
Verum id non impune feres; nam te omnia saecla
noscent et qui sis fam*a lo*quet*ur* anus.

79

Lesbius est pulcer; quid *ni*? qu*e*m Lesbia malit
quam te cum tota gente, Catulle, tua.
Sed tamen hic pulcer vendat cum gente Catullum,
si tria notorum savia reppererit.

80

Quid dicam, Gelli, quare rosea ista labella
hiberna fiant candidiora nive,
mane domo cum exis et cum te octava quiete
e molli longo suscitat hora die?

1 nunc X O : nec m | purae X m O D[2] : puer D **2** sauia D *Ital.* : sania X O suauia λ *Mynors* | conminxit *Scaliger* : coniunxit X connuxit O **3** uerum id non O : u. non id G id u. non R m **4** quis scis X qui scis D | fama loquetur anus *Calph.* : famuloque tanus (canus G tenus R[2]) X O famulosque tenus D (quis sis) te famulosque tuos *Ven.*

c. 79 – **1** ni quem η *Parm.* : inquam X O D nunquam λ *Ven.* | mallit X **4** notorum O *Avant. Scaliger* : natorum X *Ven. Vossius Ellis* | sauia X : sania O suauia D λ | repererit X.

c. 80 – L. C. Curran, Gellius and the lover's pallor. A note on Catullus 80, Arion 5, 1966, p. 24–27.

2 ruberna O **3** exis et D : exisset X O.

Nescio quid certe est; an vere fama susurrat 5
grandia te medii tenta vorare viri?
Sic certe est; clamant Victoris rupta miselli
il*ia* et emulso labra notata sero.

81

Nemone in tanto potuit populo esse, Iuventi,
bellus homo, quem tu diligere inciperes,
praeterquam iste tuus moribunda ab sede Pisauri
hospes inaurata pallidior statua,
qui tibi nunc cordi est, quem tu praeponere nobis 5
audes et nescis quid facinus facias?

82

Quinti, si tibi vis oculos debere Catullum
aut aliud, si quid carius est oculis,
eripere ei noli multo quod carius illi
est oculis, seu quid carius est oculis.

6 tenta R^2 m^2 O D : tanta X m **7** sic X O : sed D θ **8** ilia et emulso *B. Guar. (Valerianus et Faernus teste Statio)* : ille te mulso X O.

c. **81** – M. Zicàri, Moribunda ab sede Pisauri, SOliv 3, 1955, p. 3–15. – eiusdem, Postilla catulliana, SOliv 6, 1958, p. 87.

1 iuuenti D η *Ven.* : uiuenti X O **3** a m D *Calph.* | pisauri X D : pisanum O **5** qui D *Calph.* : quid X O **6** quid X O *Kroll Schuster Heusch Zicàri* : quod D ζ *Mynors Fordyce.*

c. **82** – **4** si *Avant.* sei *Bergk.*

83

Lesbia mi praesente viro mala plurima dicit;
  haec illi fatuo maxima laetitia est.
Mule, nihil sentis. Si nostri oblita taceret,
  sana esset; nunc quod gannit et obloquitur,
non solum meminit, sed, quae multo acrior est res, 5
  irata est; hoc est, uritur et loquitur.

84

C*h*ommoda dicebat, si quando commoda vellet
  dicere, et insidias Arrius *h*insidias,

c. **83** – H. W. Garrod, 'Mule nihil sentis' (Catullus, 88, 3), CR 33, 1919, p. 67–68. – E. Fehrle, Zum 83. Gedicht des Catull, PhW 53, 1933, col. 445. – N. I. Herescu, Les médisances de Lesbie, Latomus 5, 1950, p. 31–33. – J. W. Zarker, Mule, nihil sentis (Catullus 83 and 17), CJ 64, 1969, p. 172–177.

3 mulle X *Ven.* **4** sana R² D *Ital. Ven.* : samia X sanna O **6** hoc G D : hec (h'O) RO | loquitur X O *Ven. Westphal Ellis Lenchantin Schuster Mynors* : coquitur *Dousa Lipsius Lafaye Weinreich Cazzaniga.*

c. **84** – T. Frank, Arrius, Catullus c. 84 and Luculius Hirrus, Raccolta di scritti in onore di F. Ramorino, Milano 1927, p. 157–160. (Pubblicazioni della Università cattolica del Sacro Cuore. Ser. 4, 7.) – M. Schuster, Der Redner Arrius, PhW 50, 1930, col. 1004–1006. – D. M. Jones, Catulli nobile epigramma (Carm. LXXXIV), PCA 53, 1956, p. 25–26. – H. B. Rosén, Arrius' speech again (Catullus 84), Mnemosyne 14, 1961, p. 224–232. – E. Einarson, On Catullus 84, CPh 61, 1966, p. 187–188.

1 chommoda *Calph.* : commoda X O chomoda *Pontanus* **2** arrius O D : arius X (*corr.* in G) m | hinsidias *Politianus Calph.* : insidias he X i. hee O |

Et tum mirifice sperabat se esse locutum,
cum quantum poterat dixerat *h*insidias.
Credo, sic mater, sic liber avunculus eius, 5
sic maternus avus dixerat atque avia.
Hoc misso in Syriam requierant omnibus aures;
audibant eadem haec leniter et leviter,
nec sibi postilla metuebant talia verba,
cum subito affertur nuntius horribilis, 10
Ionios fluctus, postquam illuc Ar*r*ius isset,
iam non Ionios esse, sed Hionios.

85

Odi et amo. Quare id faciam, fortasse requiris.
Nescio, sed fieri sentio et excrucior.

vv. **3–4** *in codd. sequuntur versum 10; huc revocavit Politianus* **4** hinsidias *Parth.* : insidias X O **5** liber X O : Liber *pro cognomine apud Schwabe Ellis Pighi* libere *Wick P. Oksala* cimber *Heinsius* umber *Riese* | eius η : eius est X O **7** hoc D ε : hic X hec R² h'O | syriam G² : syria X siria O **8** audibant D η *Schwabe* : audiebant X O **10** mincius G **11** arrius *Ald.*² arius *Calph.* : artius X arcius O | esset G **12** hionios D³ θ *Ven. Politianus* : ionios R O zonios *(in corr.?)* G.

c. **85** – J. D. Bishop, Catullus 85, structure, hellenistic parallels, and the topos, Latomus 30, 1971, 633–642.

1 amo G R¹ m² O : ama R m | nequiris O **2** sed X : si O.

86

Quintia formosa est multis, mihi candida, longa,
recta est. Haec ego sic singula confiteor,
totum illud «formosa» nego: nam nulla venustas,
nulla in tam magno est corpore mica salis.
Lesbia formosa est, quae cum pulcerrima tota est, 5
tum omnibus una omnis subripuit veneres.

87

Nulla potest mulier tantum se dicere amatam
vere, quantum a me Lesbia amata mea est.
Nulla fides ullo fuit umquam foedere tanta
quanta in amore tuo ex parte reperta mea est.

88

Quid facit is, Gelli, qui cum matre atque sorore
prurit et abiectis pervigilat tunicis?

c. **86** – Quint. 6, 3, 18.
2 sic *codd.* : si *Markland* **6** omnes X.

c. **87** – **1** potest R O : pone G **2** est X O *Kroll Mynors* : es *Scaliger Cazzaniga* **3** ullo X O *Parm.* : nullo D *Ven. Lafaye* | umquam (unquam G) X O : umquam in *Pall. Ald.*[1] | tanta ζ η : tanto *codd.* **4** quantam O | tuo *codd.* : illo *Baehrens* meo *Froehlich.*

c. **88** – **1** facit G R^3 m O : facis R | sorore G R^1 m O : furore R **2** prurit D β *Parm.* : proruit X m *Ven.* prorurit O.

Quid facit is patruum qui non sinit esse maritum?
  Ecquid scis quantum suscipiat sceleris?
Suscipit, o Gelli, quantum non ultima Tethys 5
  nec genitor Nympharum abluit Oceanus;
nam nihil est quicquam sceleris quo prodeat ultra,
  non si demisso se ipse voret capite.

89

Gellius est tenuis; quid ni? cui tam bona mater
  tamque valens vivat tamque venusta soror,
tamque bonus patruus, tamque omnia plena puellis
  cognatis, quare is desinat esse macer?
Qui ut nihil attingat nisi quod fas tangere non est, 5
  quantumvis quare fit macer invenies.

90

Nascatur magus ex Gelli matrisque nefando
  coniugio et discat Persicum aruspicium;
nam magus ex matre et gnato gignatur oportet,
  si vera est Persarum impia relligio,

4 ecquid *Parm.* : et quid X O ecqui *Lachmann* | quantum G R[1] O : tantum R m **5** tethys λ *Ital. Ven.* : thetis X O D tethis m **6** lympharum *L. Mueller.*

c. **89** – **1** gellius X : tellius O bellius D dellius λ[2] **4** macer R[1] *(ut vid.)* m D[1] λ : mater X O D **6** fit X O *Pighi* : sis D sit γ *edd.*

c. **90** – **1** magus D ζ η *Parm.* : magnus X O A *Ven.* **3** magus D γ *Parm.* : magnus X O A magis *Ven.* **4** relligio D *Kroll Granarolo* : religio X O.

gnatus ut accepto ueneretur carmine divos, 5
omentum in flamma pingue liquefaciens.

91

Non ideo, Gelli, sperabam te mihi fidum
in misero hoc nostro, hoc perdito amore fore,
quod te cognossem bene constantemve putarem
aut posse a turpi mentem inhibere probro,
sed neque quod matrem nec germanam esse videbam 5
hanc tibi, cuius me magnus edebat amor,
et quamvis tecum multo coniungerer usu,
non satis id causae credideram esse tibi.
Tu satis *id* duxti: tantum tibi gaudium in omni
culpa est, in quacumque est aliquid sceleris. 10

92

Lesbia mi dicit semper male nec tacet umquam
de me; Lesbia me dispeream nisi amat.
Quo signo? quia sunt totidem *m*ea; deprecor illam
assidue, verum dispeream nisi amo.

5 gnatus X O D natus *Ital.* : gratus *L. Mueller Lafaye Pöschl* gnarus *anon. in marg. edd. Ald.*[1] *Ald.*[2] *in Marc. serv. Baehrens* **6** omentum m D : omne tum X *Ven.* quintum O omen tum *Parm.* unguentum *Herrmann.*

c. **91** – **3** te X O : tot m | constantemue G O : constanterue R m constanterque λ **4** a D ζ η : aut X O | mentem D A : mente X O **9** id duxti *Ald.*[1] : induxti X O.

c. **92** – Gell. 7, 16, 2.
2–4 amat . . . nisi *om.* X D | *vv.* **3–4** quo . . . amo *om.* D **3**

93

Nil nimium studeo, Caesar, tibi velle placere,
nec scire utrum sis albus an ater homo.

94

Mentula moechatur. Moechatur mentula? Certe.
Hoc est quod dicunt, ipsa olera olla legit.

95

Zmyrna mei Cinnae nonam post denique messem
quam coepta est nonamque edita post hiemem,

totidem O : eadem *Riese* itidem *Schmidt* | mea *Vossius* : ea O *Gell.* mox D[2] 4 uerum *Gell.* : uero O | amat R[2].

c. **93** – Quint. 11, 1, 38.
1 uelle *codd.* : belle *Usener* **2** scire *«in uetustiore codice» teste A. Guarino* : si ore *codd.* | sis albus an ater *in «probatissimis codicibus» teste Beroaldo (cf. Quint.)* : si saluus an alter X O sis s. an alter D.

c. **94** – V. Buchheit, Ludicra Latina, H 90, 1962, p. 252–256.
1 (moechatur) mentula? Certe *sic interpunx. Postgate Mynors* : mentula. Certe *Scaliger.*

c. **95** – G. Jachmann, Rec., C. Valerius Catullus, hrsg. u. erkl. von Wilhelm Kroll. Leipzig u. Berlin 1923 ... in Gnomon 1, 1925, p. 200–214 (212–213). – M. Puelma, Die Vorbilder der Elegiendichtung in Alexandrien und Rom, MH 11, 1954, p. 114–116. – D. F. S. Thomson, Interpretations of Catullus, II: Catullus 95, 8, *et laxas scombris saepe dabunt tunicas*, Phoenix 18, 1964, p. 30–36.
1 zmyrna *Weichert* (sm– *Ven.*) : zinirna *codd.* | mensem O.

milia cum interea quingenta Hortensius uno

. . . .

Zmyrna cavas Satrachi penitus mittetur ad undas, 5
  Zmyrnam cana diu saecula pervolu*ent*.
At Volusi Annales Paduam morientur ad ipsam
  et laxas scombris saepe dabunt tunicas.
Parva mei mihi sint cordi monumenta *soda*lis,
  at populus tumido gaudeat *A*ntimacho. 10

96

Si quicquam mutis gratum acceptumve sepulcris
  accidere a nostro, Calve, dolore potest,
quo desiderio veteres renovamus amores
  atque olim missas flemus amicitias,

5 zmyrna *Weichert* (sm– *Ven.*) : zinirna *codd.* | cauas ζ η *Parm.* : canas X O D *Ven.* **6** zmyrnam *Weichert* : zinirnam *codd.* | peruoluent *Calph.* : peruoluit X O | *vv.* **9–10** *a carmine praecedenti seiunxerunt Stat. Leo Schuster Mynors, nec recte, ut iudicant Benoist-Thomas Paratore alii, quibus adsentior* **9** sodalis R⁴ *Ald.*¹ *Schwabe Schuster* : *om.* X O laboris D *Ven. Parm.* philetae *Bergk Rostagni Pighi* cinnae (cordi) *Baehrens* phalaeci *Munro* catonis *Leo* **10** tumido X : uel tu timido O | antimac(h)o D³ *Parm.* : eutimacho X m¹ (?m) O enthimare D enthymato λ enthimaco *Ven.*

c. 96 – E Fraenkel, Catulls Trostgedicht für Calvus, WS 69 (Festschrift A. Lesky), 1956, p· 278–288 (= Fraenkel, Kleine Beiträge z. klass. Philol. 2, Roma 1964, p. 103–113).–H. Tränkle, Neoterische Kleinigkeiten, MH 24, 1967, p. 87–103. – J. T. Davis, Quo desiderio: the structure of Catullus 96, H 99, 1971, p. 297–302.

1 si X O : di D | gratum D ε : et gratum X O **3** que O quom *B. Guar.* | renouamur O **4** amissas *Trinc. Avant. Stat.*

certe non tanto mors immatura dolori est 5
Quintiliae, quantum gaudet amore tuo.

97

Non (ita me di ament) quicquam referre putavi,
utrum os an culum olfacerem Aemilio.
Nilo mundius hoc, nihiloque immundius illud,
verum etiam culus mundior et melior;
nam sine dentibus [est] hic. Dentis os sesquipedalis, 5
gingivas vero ploxeni habet veteris,
praeterea rictum qualem d*i*ffissus in aestu
meientis mulae cunnus habere solet.
Hic futuit multas et se facit esse venustum;
et non pistrino traditur atque asino? 10

5 dolori est D β *Ven.* : dolor est X O dolorist *Haupt* doloreist *Ellis* **6** quintili(a)e G^2 R m : quintile G O.

c. **97** – **6** Quint. 1, 5, 8; Fest. p. 260 L.

1 quicquam R^2 m^2 D : quicquid X m O **2** utrum X O *Ven.* : utrumne *Trinc. edd. Mynors Pighi* **3** nilo G^2 : nil G nihilo R O | mundius R O : mmundius G immundius λ *Ital.* | nihiloque θ : nobisque X O *(in ras.)*, nihilo D *(ut vid.)* | immundius illud X O *Ellis Lafaye Lenchantin Mynors* : immundior illo D immundior ille *Lachmann Kroll Cazzaniga* (ni(hi)l est) immundius illo λ *Ald.*[1] **5** *sic restituit Lenchantin qui expunxit* est | est hic dentis os ζ est hic dentis X (hin R hic R^1) m O D^3 *P. Oksala* est hic dentis hos D est. os dentis *Froehlich Schwabe Cazzaniga Quinn* est. hoc dentis *Schuster Mynors* hic. os dentis *Rossbach* | sesquipedalis D λ ζ : seseque dedalis X O **6** ploxeni *Quint.* (ploxini *Fest.*) : ploxonio X ploxnio O **7** diffissus *Stat.* : defessus X deffessus O | aestu ζ η : estum X O **8** meientis R^2 m A : me gentis G O *?*R mingentis *Ven.* | mulle X **9** facit O D : fecit X m **10** pristrino O.

Quem si qua attingit, non illam posse putemus
  aegroti culum lingere carnificis?

98

In te, si in quemquam, dici pote, putide Victi,
  id quod verbosis dicitur et fatuis;
ista cum lingua, si usus veniat tibi, possis
  culos et crepidas lingere carpatinas.
Si nos omnino vis omnes perdere, Victi, 5
  *h*iscas; omnino quod cupis efficies.

99

Surripui tibi, dum ludis, mellite Iuventi,
  suaviolum dulci dulcius ambrosia.

11 si quae O **12** aegroti *codd.* : agroici *Stat. Pighi.*

c. **98** – **1** in quemquam *Ald.*[1] : inquam quam X O inquam quod D λ | pote *om.* O | uicti X O *Cazzaniga Schuster Mynors* : uetti *Stat.* uecti *Friedrich* uitti *Haupt* **4** carpatinas R² m² *Ital.* : carpatians X m carpantians O caprotinas D **5** uos O | uicti *codd.* : uetti *Stat.* uecti *Friedrich* uitti *Haupt* **6** hiscas *Vossius* : discas X O de(h)iscas *Hendrickson Lafaye.*

c. **99** – H. Akbar Khan, Catullus 99 and the other kiss-poems, Latomus 26, 1967, p. 609–618.

1 surripui D ζ η *Ven.* : surripuit X m sum̃puit O | iuuenti R² *Ital.* : uiuenti X m O **2** suauiolum X O D : sauiolum *edd.* | ambrosia D ε *Ven.* : amrosio G ambrosio R m O.

Verum id non impune tuli; namque amplius horam
  suffixum in summa me memini esse cruce,
dum tibi me purgo nec possum fletibus ullis 5
  tantillum vestrae demere saevitiae.
Nam simul id factum est, multis diluta labella
  guttis abstersti omnibus articulis,
ne quicquam nostro contractum ex ore maneret,
  tamquam commictae spurca saliva lupae. 10
Praeterea infesto miserum me tradere Amori
  non cessasti omnique excruciare modo,
ut mi ex ambrosia mutatum iam foret illud
  suaviolum tristi tristius elleboro.
Quam quoniam poenam misero proponis amori, 15
  numquam iam posthac basia surripiam.

100

Caelius Aufillenum et Quintius Aufi*l*lenam
  flos Veronensum depereunt iuvenum,
hic fratrem, ille sororem. Hoc est, quod dicitur, illud
  fraternum vere dulce sodalicium.

7 id R m O : ad G **8** guttis abstersti O : g. astersi X m abstersi g. D abstersti g. *Ald.*[1] *Lachmann Schwabe* g. abstersisti *Trinc. Muretus* | omnibus *codd.* : mollibus *Lee Quinn* **9** ne D : nec X O | manaret O **10** commict(a)e G : conmincte R m comitte O **13** mi λ η : michi X O | ambrosia D : –sio X O **14** suauiolum D : sauiolum X O.

c. **100** – **1** caelius D[3] celius X *Ital. Ven.* : gellius O melius D | aufillenum (γ) *et* aufillenam *Pighi Mynors (cf. 110, 6; 111, 1)* : aufilenum *et* aufilenam X O *Ven. edd.* **2** ueronensum G R[2] m : trenorensum R m[2] treronensum O ueronensium D[3] *Ven.* | depereunt η : depereret X m O *?D* depereant R[2] m[2] D[3].

Cui faveam potius? Caeli, tibi; nam tua nobis 5
perspecta *ex* ig*n*i est unica amicitia,
cum vesana meas torreret flamma medullas;
sis felix, Caeli, sis in amore potens.

101

Multas per gentes et multa per aequora vectus
advenio has miseras, frater, ad inferias,
ut te postremo donarem munere mortis
et mutam nequiquam alloquerer cinerem,
quandoquidem fortuna mihi tete abstulit ipsum, 5
heu miser indigne frater adempte mihi.
Nunc tamen interea haec prisco qu*ae* more parentum
tradita sunt tristi munere ad inferias,
accipe fraterno multum manantia fletu,
atque in perpetuum, frater, ave atque vale. 10

6 perspecta (ζ) ex igni est *Mynors* : perfecta est exigitur est G R^3 perfecta est igitur est R O perfecta exigitur *Ven.* perfecta est igitur *Parm.* per facta exhibita est *Lachmann Schwabe* perfecta ex igni *Schöll* perspecta egregie est *Baehrens* perspecta est igni tum *Palmer P. Oksala* perspecta est igni *Pöschl.*

c. 101 – C. E. Robinson, Multas per gentes, G & R 12, 1965, p. 62–63.

2 aduenio X O : adueni *Avant.* **6** hei misero *Trinc.* **7** hoc X m (in terra) hac *Rossbach* | prisco quae *Parm.* : priscoque X O prisco de λ *Ven.* **8** tristi munere X O *Ven.* : tristia munera *Ital.* tristis munera θ *Lachmann Schwabe.*

102

Si quicquam tacito commissum est fido ab amico,
cuius sit penitus nota fides animi,
meque esse invenies illorum iure sacratum,
Corneli, et factum me esse puta Arpocratem.

103

Aut, sodes, mihi redde decem sestertia, Silo,
deinde esto quamvis saevus et indomitus:
aut, si te nummi delectant, desine, quaeso,
leno esse atque idem saevus et indomitus.

104

Credis me potuisse meae maledicere vitae,
ambobus mihi quae carior est oculis?

c. **102** – E. Castorina, Una possibile interpretazione litterale del c. 102 di Catullo, GIF 6, 1953, p. 144–146.

1 si quicquam X m : i quicquam O si quoi (cui) quid *Palmer Pighi* | tacite *Munro* (quidquid) taciti *Stat. Heinsius* | amico R[2] m *Ital Ven* : antiquo X O **3** meque X O *Ven* : me aeque *Vossius Granarolo* | illorum X O : indorum *Baehrens* mystarum *Lenchantin* hilorum *Herrmann.*

c. **103** – F. W. Lenz, Catulliana, RCCM 5, 1963, p. 62–70. – W. de Grummond, A Note on Catullus 103, CPh 66, 1971, p. 188 sq.

1 sestertia *Ven. edd.* : sextertia D *Ital.* sextercia X m O **2** esto D[2] : est o X est O es o D *(ut vid.)* **3** num(m)i R[2] D[2] *Ital.* : mimi (mi mi) X mimmi O.

c. **104** – **2** mihi X O : nobis D.

Non potui, nec, si possem, tam perdite amarem;
sed tu cum Tappone omnia monstra facis.

105

Mentula conatur Pipleum scandere montem;
Musae furcillis praecipitem eiciunt.

106

Cum puero bello praeconem qui videt esse,
quid credat nisi se vendere discupere?

107

Si quicquam cupido optantique obtigit umquam
insperanti, hoc est gratum animo proprie.
Quare hoc est gratum nobis quoque, carius auro,
quod te restituis, Lesbia, mi cupido,

3 si *om.* O | perdita O | amarem D ζ : amare X O **4** cum tappone X O : cuncta potes D cum caupone D[2] *Ital. Ven.*

c. **105** – **1** pipleum D *Ital. Parm. Schwabe Merrill Kroll* : pipileium G O pipleium R m pipellum *Ven.* | scandere D : scindere X m O **2** furcillis R m ζ η : furcilis G O *Ven.*

c. **106** – **1** bello *Ald.*[1] : obelio G O obellio G[2] R m obello *Ven.* | esse G O *Parm.* : ipse R m *Ven.* ire *Schwabe.*

c. **107** – **1** quicquam D ε *Mynors* : quicquid X m quid quid O quoi quid *Ribbeck Schuster* quid quoi *Baehrens* | cupidoque *Ald.*[1] | optigit O *Mynors* **2** insperati *Heinsius* **3** nobis quoque X O *Ven.* : nobis hoc *Stat. Pighi* nobisque est *Haupt Schwabe*

restituis cupido, atque insperanti ipsa refers te 5
nobis. O lucem candidiore nota!
Quis me uno vivit felicior, aut magis hac ⟨quid⟩
optandu*m* vita? dicere quis poterit?

108

Si, Comini, populi arbitrio tua cana senectus
spurcata impuris moribus intereat,
non equidem dubito quin primum inimica bonorum
lingua execta avido sit data vulturio,
effossos oculos voret atro gutture corvus, 5
intestina canes, cetera membra lupi.

109

Iucundum, mea vita, mihi proponis amorem
hunc nostrum inter nos perpetuumque fore.

5 inspiranti O 6 lucem *B. Guar.* : luce X O 7 hac quid *B. Guar. Pighi* : me est X m hac est O *Parm.* est me *Ven.* hac res *Lachmann Baehrens* hace *Ribbeck* hac rem *Postgate* hac re *Kroll* hac mi (optandum) *P. Oksala* 8 optandum *Stat.* : optandus X O optandas *Lachmann* optandam (uita) *Ribbeck* optandam (in uita) *Postgate Kroll* mi optandum est *Pighi* | uita? *sic interpungit Pighi* (, uita, *sic Parm.*).

c. 108 – 1 si, comini *B. Guar. Stat.* : sic homini X O | populi *Stat.* : populari X O arbitrio populari *Ven.* populari a. *Parm.* arbitrio populi *Calph.* 4 execta ζ *Lachmann* : exerta X m *Ven.* exercta O excepta D *Ellis.*

c. 109 – P. McGushin, Catullus' *sanctae foedus amicitiae,* CPh 62. 1967, p. 85–93.

1 amorem D ζ η *Ven.* : amore X O.

Di magni, facite ut vere promittere possit,
  atque id sincere dicat et ex animo,
ut liceat nobis tota perducere vita 5
  aeternum hoc sanctae foedus amicitiae.

110

Aufillena, bonae semper laudantur amicae;
  accipiunt pretium, quae facere instituunt.
Tu quod promisti mihi quod mentita inimica es,
  quod nec das *et* fers saepe, facis facinus.
Aut facere ingenuae est, aut non promiss*e* pudicae, 5
  Aufillena, fuit; sed data corripere
fraudando *o*ffici*is* plus quam meretricis avarae ⟨est⟩,
  quae sese toto corpore prostituit.

6 (a)eternum X : eterne O alternum *Ven.*

c. **110** – **1** aufillena α *Mynors Pighi* : auffilena X m O aufilena D λ *Ital. Parm. edd.* aufiliena *Ven.* **2** quae X : quia O **3** promisti γ *Ven.* : promisisti X O **4** et *B. Guar. Mynors* : nec X O *Ven. Pighi Paratore* set *P. Oksala* | saepe X O : turpe *Avant. Pighi* **5** promisse *Parth. B. Guar.* : promissa X O **6** aufillena λ *Mynors Pighi* : auffilena X m aut fillena O aufilena *Ital. Ven. edd.* **7** officiis *Bergk* : efficit X O effecit D β *Ven.* est ficti *Schwabe* effectis *Ellis* est facinus *Friedrich Schuster* officio *Riese* nimio *Vahlen* | est *add. Calph.* **8** toto D γ : tota X O *Ven.* totam *Westphal.*

111

Aufillena, viro contentam vivere solo,
  nuptarum laus *ex* laudibus eximiis;
sed cuivis quamvis potius succumbere par est
  quam matrem fratres ⟨te⟩ parere ex patruo.

112

Multus homo es, Naso, neque tecum multus homo ⟨est⟩ qu*i*
  descendit: Naso, multus es et pathicus.

c. **111** – M. Zicàri, Schedae sex, Philologue 102, 1958, p. 154–157. – W. de Grummond, A note on Catullus 111, CW 64, 1970, p. 120–121.

1 aufillena γ *Mynors Pighi* : auffilenam G m auffilemam R aut fillenam O suphilomena D aufilena *Ital. Ven.* | contentam X D : contemptam O **2** laus est laudibus ex nimiis (eximiis *codd.*) *Baehrens Schuster* | ex *Passerat* : est X O e *Scaliger* **3** par D ζ : pars X O fas *Ven.* **4** te parere ex patruo *Friedrich Schuster Cazzaniga* : ex patruo X O D patruo parere *Ital.* efficere ex p. *Ven. Pighi* ex p. parere *Doering* concipere ex p. *Ellis* (concipere *Rossbach*) ex patre concipere *Wiman P. Oksala.*

c. **112** – E. Gilson, Multum ad . . ., MStToronto 1945, p. 337–339. H. Akbar Khan, Three Epigrams of Catullus (carm. 114–115–112), Hommages à M. Renard, t. 1, Bruxelles 1969, p. 3–11. (Collection Latomus. 101.)

1 es *Parth.* : est X O *Ven.* | homo est qui *Scaliger Ellis* : homoque R m homo G O homo sed D *Ven.* homo qui *Ellis Pighi* homo alter *Wiman* homost quin *Schwabe* homo est quin *Mynors* **2** descendit X O : (quin) te scindat *Schwabe Mynors* te scindit *Haupt* te scandat *Peiper.*

113

Consule Pompeio primum duo, Cinna, solebant
  M*o*eciliam; facto consule nunc iterum
manserunt duo, sed creverunt milia in unum
  singula. Fecundum semen adulterio.

114

Firman*o* sal*t*u non falso Mentula dives
  fertur, qui tot res in se habet egregias,
aucupium omne genus, piscis, prata, arva ferasque.
  Nequiquam: fructus sumptibus exsuperat.
Quare concedo sit dives, dum omnia desint; 5
  saltum laudemus, dum modo ipse egeat.

c. 113 – N. I. Heresou cf. c. 11.

2 moeciliam *Lenchantin* : mecilia R O *Ven.* meciliam G maeciliam *Lachmann* mucillam *Pleitner Schwabe* moecillam *L. Mueller Baehrens Pighi* **4** singula *Ven.* : singulum X O.

c. 114 – H. Akbar Khan cf. c. 112.

1 firmano saltu *Ald.*[1] : firmanus saluis G O firmanus salius R D *Ven.* firmamus (–nus m²) saluis m firmanus saltus *Avant.* firmanus saltu *Pall. Lachmann Haupt Ellis* | mentula ε : mensula X O **3** aucupium D ζ *Ven.* : aucupiam X an cupiam O aucupia γ **4** ne quicquam G **5** concedo X O *Parm.* : contendo *Ven.* **6** saltum O : saltem X *Ven.* | modo X O *Ven.* : tamen β domi *Ellis* domo *Lachmann Schwabe* modo (tu ipse egeas) *Froehlich* tamen (ipse egeas) *Avant.* modo et (ipse egeat) *Lenchantin* modo (homo) *Meurig Davies.*

115

Mentula habet instar triginta iugera prati,
  quadraginta arvi; cetera sunt maria.
Cur non divitiis Croesum superare potis sit,
  uno qui in saltu tot *bona* possideat,
prata, arva, ingentis silvas saltusque paludesque 5
  usque ad Hyperboreos et mare ad Oceanum?
Omnia magna haec sunt, tamen ipsest maximus ult*ro*,
  non homo, sed vero mentula magna minax.

116

Saepe tibi studioso animo venante require*n*s
  carmina uti possem mittere Battiadae,

c. **115** – H. Akbar Khan cf. c. 112. – J. F. Killeen, Catullus 115, 2, CPh 64, 1969, p. 178–179.

1 instar X : istar O noster *Trinc.* iuxta *Scaliger* saltum *Housman* **2** maria *codd.* : paria *Froehlich* uaria *Baehrens* **3** potis sit D *(ut vid.)* ζ *Calph.* : potuisset X O potisset *Ven.* potesset *Parm.* **4** bona *Ald.*[1] : moda X m² O modi m | possiderat O **5** ingentes G iugentis O | saltusque X O : altasque (paludes) D *Goold* fluuiosque *Castiglioni* salsasque (paludes) *Bergk* uastasque *Pleitner* | paludesque X O *Ellis Mynors P. Oksala* : paludes D β ζ *Goold* **7** ipsest *Froehlich* : ipse si X O *Parm. Lachmann* ipse est ζ η *Ven.* | ultro *Parm.* : ultor X O *Ven.* alter *Schwabe* **8** uere *Parth.*

c. **116** – **1** studiose *B. Guar.* | uenante X O : ueni ante *Birt Pighi* | requirens *Avant.* : requires X O **2** battiadae D² *Parth.* : bactriade R O batriade G bacthiadae λ batiade *Ven.*

qui te leniret nobis neu conarere
  tel*a* infesta ⟨mihi⟩ mittere in usque caput,
hunc video mihi nunc frustra sumptum esse laborem, 5
  Gelli, nec nostras hic valuisse preces.
Contra nos tela ista tua evitamus amictu;
  affixus nostris tu dabis supplicium.

117

Hunc lucum tibi dedico consecroque, Priape,
qua domus tua Lampsaci est quaque ⟨lege⟩ Priap*i*.
Nam te praecipue in suis urbibus colit ora
Hellespontia ceteris ostriosior oris.

3 quis *Ital.* | leniret R m^{2} O : lenirem G m *Ven.* **4** tela *Muretus* : telis X celis O | infestum D *Ven.* | mihi *add. Baehrens* : meum *add. Muretus edd.* | mittere in usque *Ital. Muretus* : mitteremusque X O D *Ven.* | tela infestum mittere in usque *Lachmann* **6** hic D ζ *Ven. Ellis* : hinc X O *Ven. Schwabe Lenchantin* huc *Muretus* **7** euitamus D ζ *Ven. P. Oksala* : euitabimus X O *Baehrens* | amictu ε : amicta X D *Ven. P. Oksala* amitha O amica *Parm.* acta *Baehrens Quinn* **8** affixus X O D *Pighi* : afflixus m at fixus ζ | nobis *Parm.*

explicit Catulli Veronensis libellus G (*quae sequuntur versus Benvenuti de Campexanis vel adnotatio quam citamus supra; vide praef. p. X et VI*) Deo gratias R lesbia damnose bibens interpretatur R^{2} deo gratias amen m Finito libro referamus gracia christo Amen O finitus MCCCCLXIIID.

c. **117** – *carmen servatum a Terentiano Mauro* 2755, VI p. 406 K **1** Mar. Victorin., gramm., VI p. 119 et 151 K; Bassus, VI p. 260 K; Fortun. gramm., VI p. 268 et 292 K; Ps. Cens., VI p. 605 K.

2 lege *suppl. Buecheler* : silua *Scaliger* cella *Ellis dubitanter* | priapi *Buecheler* : priape *Ter. Maur. Scaliger.*

FRAGMENTA

1

de meo ligurrire libido est.

2

at non effugies meos iambos.

FRAGMENTA

1 – Non. p. 195 L s. v. «ligurrire» | <sine semine> de meo *Lenchantin* <priapo> de meo *Lindsay* <o priape> . . . de mero *L. Mueller.*

2 – Porph., Hor. sat. 1, 16, 22 | *cf. 40,2 (54,7).*

DVBIA (VEL SPVRIA)

1

ades, inquit, o Cybelle.

2

et Lario imminens Comum.

3

lucida qua splendent . . . carchesia mali.

4

(Cannubiae — carbasus) — ros. umbrosa (c — an) —

DVBIA VEL SPVRIA

1 – Bassus, VI p. 262, 19 K (Catullus anacreonto . . .)

2 – Cod. Vibi Sequestris, Mus. Brit. Add. 16986: *quod fragmentum opus esse Petrarcae suspexit Ellis (cf. Petrarc., Itinerario syriaco, p. 559 B); cf. G. Billanovich, Aevum 30, 1956, p. 353.*

3 – Non. p. 876 L, 22–23 L (Catullus ueronensis *64, 235b*); *at Cinnae fragmentum tribuunt schol. Lucan. 5, 418, p. 377 W Isid. orig. 19, 2, 10; cf. Fragm. poet. Lat., ed. Morel, 1927², p. 87 et A. Traglia, Poetae novi, Roma 1962, p. 77.* | summi carchesia *schol. Lucan.* alti c. *Isid.* | qua splendent *Non.* cum fulgent *schol. Lucan.* confulgent *Isid.*

4 – Schol. Verg. Veron., Aen. 8, 34: *verba quae legit Angelo Mai, ed. 1818, numquam dispexit Keil, ed. 1848, p. 99; sic edidit H. Hagen, App. Serv. III 2, 1902, p. 439.*

INITIA CARMINUM

INDEX METRORVM[1]

1) hexameter dactylicus: 62; 64.
2) distichon elegiacum: 65–116.
3) trimeter iambicus: 4; 29.
4) trimeter iambicus Archilochius: 52.
5) choliambus: 8; 22; 31; 37; 39; 44; 59; 60.
6) septenarius iambicus: 25.
7) versus phalaeceus (hendecasyllabus): 1–3; 5–7; 9; 10; 12–16; 21; 23; 24; 26–28; 32; 33; 35; 36; 38; 40–43; 45–50; 53–58a; fragm. 2.
8) asclepiadeus maior: 30.
9) galliambicus: 63.
10) priapeus: 17; 117; fragm. 1.
11) stropha Sapphica: 11; 51.
12) stropha glyconea: 34; 61 (34: 3 glyconei, 1 pherecrateus; 61: 4 glyconei, 1 pherecrateus).

[1] De rebus metricis Catullianis, vide conspectum librorum, p. XXXII.

INDEX NOMINVM